βασιλέως θύρας. Ἐμμανουῆλος μὲν ἀπεκρίνατο ὡς πείθεσθαί τε ἕτοιμος εἴη καὶ βασιλεῖ μὴ θαρρῶν οὐκέτι βιωτὸν τὸν βίον αὐτῷ ἡγήσαιτο, ἀλλ' ὡς ἐν βραχεῖ παρεσόμενον ἑαυτὸν ὑποδέχοιτο τῷ βασιλεῖ, ᾗ ἂν παραγγέλλοι. ὕστερον μέντοι ἀπιόντος Ἁλίεω, ὡς Παιαζήτῃ δῆλα καθεστήκει μηδὲ διανοεῖσθαι αὐτὸν ἰέναι ἐπὶ τὰς θύρας, ἐπήλαυνέ τε καὶ ἐπολιόρκει Βυζάντιον. ἐπελαύνων δὲ τήν τε γῆν ἔκειρε καὶ τὴν χώραν ἑκάστην ἐδήου, καὶ κώμας ἀνδραποδισάμενος τὰς προαστείους, ὡς οὐδὲν προεχώρει ἡ τοῦ ἄστεος αἵρεσις, ἀπεχώρησεν αὐτὸς ἐπ' οἴκου. ἐπιπέμπων δὲ στράτευμα πανταχῇ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐπολιόρκει τὴν μακρὰν γενομένην πολιορκίαν ἐπὶ δέκα ἔτη, ἐν οἷς πολλά τε τῆς πόλεως ταύτης ἀπεγένετο ὑπὸ D λιμοῦ διαφθαρέντα καὶ ἐπὶ τὸν βάρβαρον ἀπιόντα. τὴν μὲν οὖν Σηλυβρίαν αὐτὸς κατεῖχε Παιαζήτης, ἐπετρόπευε δὲ ταύτης Ἰωάννης ὁ Ἀνδρονίκου παῖς, ὃς διαφυγὼν ἀπὸ Βυζαντίου τὸν πατρῷον, ὡς οὐκ ἠδύνατο, παρεῖχεν αὐτὸν ἐς ὅ τί περ ἂν αὐτῷ χρήσαιτο ὁ πατρῷος Βυζαντίου τότε βασιλεύων. ὁ δὲ πέμπων αὐτὸν ἐς Ἰταλίαν, διαπραξάμενον αὐτὸν ὅσα γε δὴ ὑπετίθετο, ἔπεμπε παρὰ Ἰαννυΐους ἐπικουρίας δεησόμενον δῆθεν· κρύφα δὲ πέμπων τοῖς Ἰαννυΐοις ἐπέτελλεν ἐν φυλακῇ τε ἔχειν αὐτὸν μηδαμῇ μεθιέντας. ὁ δὲ χρόνου ἐγγινομένου διαφυγὼν τοὺς Ἰαννυΐους, καὶ ἀπὸ Ἰταλίας ἀνέβη P. 44 παρὰ βασιλέα Παιαζήτην, ὃς πολιορκῶν Βυζάντιον καὶ ἄγων αὐτὸν τήν τε Σηλυβρίαν παρεστήσατο ὁμολογίᾳ καὶ ἐπέστησεν

3. ἡγήσατο P   4. ᾗ H, ἢ P   14. Συλληβρίαν P

eorum singulasque regiones gravissima vastitate afflixit, suburbanaque omnia diripuit. urbis oppugnatio cum ei non succederet, reversus est domum; singulisque annis mittebat exercitus, peragebatque longam illam obsidionem, quae decennio duravit. haec obsidio plurimum damni Byzantiis invexit: plurimi namque fame necati sunt, plurimi quoque desciverunt ad barbarum. Syllebria in potestatem Paiazitis venit. huius moderator erat Ioannes Andronici filius, qui fugiens Byzantio, ne incideret in patrui iras Byzantium regentis, cum fuga neutiquam sibi consulere posset, se ipse patruo tradidit, ut eo ad suum uteretur arbitrium. patruus eum misit in Italiam; ubi cum imperata exequutus esset, legatus ire iussus est ad Ianuenses, auxilium oraturus; quibus tamen occulte nuntium miserat, ut Ioannem advenientem in vincula coniicerent nec quoquam abire paterentur. hic tandem interiecto tempore, cum diu in carcere latuisset, erupit; carcereque liberatus, relicta Italia, contendit ad regem Paiazitem, ea tempestate Byzantium oppugnantem; a quo amice susceptus est, et

ἄρχοντα. μετὰ δὲ ταῦτα ἐλαύνων ἐπὶ Βυζάντιον, ὡς οὐ προεχώρει αὐτῷ ἡ Βυζαντίου αἵρεσις προσβαλόντι, λιμῷ ἐξεπολιόρκει. καὶ εἷλεν ἂν τὴν πόλιν, εἰ μὴ ὁ Τεμήρης ἐλαύνων μεγάλῃ χειρὶ ἠγγέλλετο ἐπ' αὐτόν, ὅτε δὴ καὶ αὐτὸς ἑάλω ὑπὸ Τεμήρεω καὶ τὰ πολλὰ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἀπώλετο τῆς ἐν τῇ Ἀσίᾳ.

Ὡς μὲν οὖν τὸ Βυζάντιον Παιαζήτης πολιορκῶν οὐκ ἀνίει, καὶ ἔγνω βασιλεὺς Ἑλλήνων τόν τε λεὼν τετρῦσθαι ἐς
V. 35 τὸ χαλεπώτατον, καὶ οὐκ εἶχεν ὅπως τοῦ κακοῦ ἐξαπαλλαγῇ,
B ἐπέτρεψέ τε τὸ Βυζάντιον τῷ ἀδελφιδῷ Ἰωάννῃ, τῷ Ἀνδρονίκου παιδί. ὡς γὰρ οἱ ἤχθετο Παιαζήτης ὅτι δι' αὐτὸν οὐ προεχώρει ἡ Βυζαντίου αἵρεσις, καὶ ἐν ὑπόπτῳ καθειστήκει, ἀποφυγὼν βασιλέα ἐσῄει ἐς Βυζάντιον. καὶ αὐτὸν ἄσμενός τε ἐδέξατο ὁ πατρῷος βασιλεὺς Βυζαντίου, καὶ τὴν πόλιν ἐπιτρέψας ᾤχετο ἀποπλέων ἐπὶ Ἰταλίαν, ἐπικουρίας δεησόμενος ἐς τὴν ὑπὸ τῶν πολεμίων πολιορκίαν μακρὰν καθεστηκυῖαν, μὴ περιιδεῖν τὴν πόλιν ἀπολλυμένην. ὡς δὲ κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἐγένετο, κατέθετο μὲν αὐτοῦ ἐν Πελοποννήσῳ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρὰ τῷ ἀδελφῷ, αὐτὸς δὲ ἀπέπλει ἐς
C Ἰταλίαν. τραπόμενος δὲ ἐπὶ Οὐενετῶν καὶ χρηματίσας αὐτοῖς ὅσα ἠβούλετο, ᾤχετο ἐπὶ τὸν Λιγυρίας τύραννον, Μεδιολάνου δὲ ἡγεμόνα· ὁ δὲ φιλοφρονησάμενός τε αὐτὸν τὰ

exercitu armato Syllebriam pactionibus in dicionem accepit, Ioannemque eidem rectorem dedit. reversus Byzantium, cum eam urbem vi expugnare non posset, fame eos debellandos esse statuit. urbem eam certe cepisset, nisi Temires nuntiatus esset magna manu adversus ipsum adventare. quod quidem eo tempore accidit, quando a Temire Paiazites captus pleraque Asiani imperii amisit.

Paiazites cum nihilominus a Byzantii oppugnatione cessaret, sciretque Graecorum rex suas copias in artum coactas, nec posset invenire huic urgenti malo remedium, Byzantium patrueli suo Andronici filio Ioanni commisit. nam Ioanni huic graviter iratus erat Paiazites, quasi ipse in causa esset quominus Byzantium in dicionem veniret. laborans igitur sinistra apud regem Paiazitem suspicione, ne eius iram experiretur, fuga se Byzantium recepit. huius adventus patruo Byzantii regi perquam gratus extitit, qui urbem patruelis fidei commendans navigavit in Italiam, petiturus auxilium contra longam illam obsidionem, ne videlicet urbem istam insignem pereuntem negligeret. cum venisset in Peloponnesum, uxorem suam deposuit apud fratrem, ipseque conscensa navi iter in Italiam maturavit. cum adiisset Venetos, iisque quae vellet explanasset, iter ad Liguriae principem Mediolanique ducem instituit; a quo comiter exceptus, pecunia equis

εἰκότα, καὶ χρήματα παρεχόμενος, ἀπέπεμψεν ἐπὶ τῶν Κελτῶν βασιλέα, ἵππους τε αὐτῷ παρεχόμενος καὶ τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνας. ὡς δὲ ἐγένετο ἐπὶ τὸν Γαλατίας βασιλέα, ἐδεῖτο αὐτοῦ μὴ προέσθαι πόλιν βασιλίδα Ἑλλήνων ὑπὸ βαρβάρων πολιορκουμένην, προσήκουσαν ἀγχοτάτω τῷ βασιλέων Γαλατίας οἴκῳ. τοῦτον οὖν μεμηνότα εὑρὼν καὶ ἐν φυλακῇ ὑπὸ τῶν ἀρίστων κατεχόμενον ὥστε θεραπεύεσθαι τὴν νόσον αὐτοῦ, διέτριβεν αὐτοῦ ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον. Κελτῶν δὲ τὸ γένος τοῦτο μέγα τε ὂν καὶ ὄλβιον καὶ παλαιόν τε καὶ ἐφ' D
ἑαυτῷ μέγα φρονοῦν, ὑπερέχειν τε τῶν ἄλλων τῶν πρὸς ἑσπέραν ἐθνῶν, ἀξιοῦν ἑαυτῷ μετεῖναι τῆς ἡγεμονίας τε καὶ Ῥωμαίων βασιλείας. ἔστι δ' ἡ χώρα αὐτῶν πρὸς ἕω μὲν τῇ Λιγύρων χώρᾳ, πρὸς μεσημβρίαν δὲ τῇ Ἰβηρίᾳ, καὶ πρὸς ἄρκτον τῇ Γερμανίᾳ, καὶ πρὸς ἑσπέραν τῷ ὠκεανῷ καὶ ταῖς Βρετανικαῖς νήσοις· διήκει δὲ ἀπὸ Ἄλπεων τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας ἔστε ἐπὶ ὠκεανὸν καὶ ἐπὶ Γερμανοὺς ὁδὸν ἡμερῶν μάλιστα ἑπτακαίδεκα, ἀπὸ Ἰταλίας ἐς ὠκεανόν, ἀπὸ δὲ Ἰβηρίας ἐπὶ Γερμανίαν ὁδὸν μάλιστά πῃ ἐννεακαίδεκα. ἔστι P. 45
δὲ Παρίσιον πόλις ἐν ᾗ τὰ Κελτῶν βασίλεια, εὐδαιμονίᾳ τε καὶ ὄλβῳ προφέρουσα. καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγαι τῆς Γαλατίας, ὑπ' αὐτῷ δὴ τῷ βασιλεῖ ταττόμεναι ἐς τὴν σφῶν διοίκησιν. εἰσὶ δὲ ἡγεμονίαι τε καὶ ἡγεμόνες δυνάμει τε προύχοντες καὶ ὀλβιώτατοι, ὑπ' αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ ταττόμενοι

10. φρονοῦν H, φρονῶν P 12. χώρα] χώρᾳ ὅμορος?

viaeque ductoribus oblatis, missus est ad Galliarum regem. cum processisset in conspectum Gallorum regis, rogavit ne Byzantium urbem Graecorum regiam, genere Galliarum regibus iunctam, in summum discrimen deductam despiceret. regem autem Gallorum invenit furiosum et diligenti custodia ab optimatibus asservatum, donec morbus curaretur rexque sanitatem reciperet: longo igitur tempore ibi haesit. gens Gallorum est admodum antiqua opulentaque. proinde cum nimium sibi tribuat, eo quod superet reliquas Occidentis gentes, etiam Romani imperii moderamen sibi vindicant. horum regionis terminus Orientalis est Ligurum regio, meridionalis Hispania, septentrionalis Germania: versus Occidentem Oceano Britannicisque clauditur insulis. longitudo eius colligitur ab Alpibus, quae sunt extra Italiam, usque ad Oceanum et Germanos itinere maxime decem et septem dierum, ab Italia usque ad Oceanum; ab Hispania usque in Germaniam se extendit itinere maxime decem et novem dierum. Lutetia, ubi regni sedes, divitiis opibusque et reliqua felicitate excellit. sunt quoque in ista regione urbes non paucae regi subiectae, quae propriis reguntur legibus. ducatus et duces istius regionis ditissimi et

καὶ ἐς τὰ βασίλεια παραγινόμενοι αὐτῷ, ὅ τε τῆς Βουργουντίας ἡγεμὼν χώρας πολλῆς τε καὶ μεγάλης, καὶ πόλεων ἄλλων τε καὶ τῆς Βρουγίων πόλεως καὶ Κλοζίων παραλίων καὶ Γαντύνης πόλεως εὐδαίμονός τε καὶ μεγάλης καὶ μεσογαίου. B ἔστι δ' αὐτῷ ἡ Βρουγίων πόλις πάραλος παρὰ τὸν ὠκεανόν, ἀντικρὺ τῆς Βρετανικῆς Ἀγγλίας οὕτω καλουμένης νήσου, ἐς ἣν ὁρμίζονται νῆες ἀπό τε τῆς ἡμετέρας τῆσδε θαλάσσης καὶ ἀπὸ τῶν ἐς τὸν ὠκεανὸν πόλεων τῆς τε Γερμανίας Ἰβηρίας Ἀγγλίας Δακίας καὶ τῶν λοιπῶν δυναστειῶν. διέχει δὲ αὕτη ἡ πόλις ἀπὸ Ἀγγλίας σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ἡ δὲ χώρα αὕτη καλεῖται Φλανδρία, καὶ εἰσὶ τούτοις τοῖς ἡγεμόσι Βουργουντίας ἔργα ἀποδεδειγμένα ἄξια λόγου ἐς τὴν Κελτικὴν χώραν πρός τε αὐτὸν βασιλέα τῆς Γαλατίας καὶ πρὸς τοὺς Βρετανούς. μετὰ δὲ ταῦτα ἡγεμὼν ἐπὶ τῆς ἠπεί-
C ρου Βρετανίας ἔχεται ἐκ τῆς γῆς τῆς τοῦ βασιλέως χώρας. ἐπὶ δὲ τούτοις ἡγεμὼν τῆς . . . . τούτων δὲ ἔχεται χωρῶν ἡγεμόνος Σαβωΐας χώρα, μεγάλη τε καὶ ὑπερκαλλής, ἐπὶ Λι-
V. 36 γυρίαν καθήκουσα. πρὸς δὲ τὴν πάραλον χώραν τῆς Γαλατίας ὧδε ἂν μοι διακέοιτο πρὸς ἱστορίαν. ἡ μέντοι Ἰανύη πύλη τις οὖσα τῆς Γαλατίας ἐπέχει χώραν, ἐπὶ τὴν Προβεντζίαν καθήκουσα, ἧς ἄρχει ὁ τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως τῆς Γαλατίας Ῥογέριος βασιλεύς. ἦν μητρόπολις ἡ Νίτια Προ-

1. παραγενόμενοι P   14. Βρετανιούς P   ἐπὶ τῆς] τῆς ἐπὶ?

opulentissimi, qui regi parent, semper in aulam eius accedentes. horum de grege est Burgundiae dux, imperitans regioni magnae necnon urbibus plurimis; inter quas etiam recensetur Brugensium urbs et Cloziorum maritimorum, necnon Gantyna, urbs magna et florens opibus. est autem Brugensium urbs maritima, Oceano adiacens e regione Angliae, insulae sic appellatae; ad quam et naves a nostro mari et ab urbibus in Oceanum vergentibus, ab Germania Hispania Anglia Daciaque et a reliquis regionibus appellunt. Flandria isti regioni nomen est. extant autem Burgundiae ducum egregia facinora, edita adversus Galliam Galliaeque regem, praeterea adversus Anglos. postea dux continentis Britannicae finitimus est, prodiens ex ea terra quae pertinet ad regionem regis. ultra hos conterminus est dux * * * * his regionibus adnexa est Sabaudia, regio amplissima et pulcherrima, ad Liguriam usque excurrens. quantum autem spectat ad maritimam Galliae regionem, in hunc modum mihi ad praesentem historiam adhibita sit. at ianua, quae est quasi porta Galliae, amplectitur regionem quae versus Provinciam vergit, quam imperii habenis temperat Rogerius rex, ortus ex inclyta Galliae regum prosapia. Nicia metropolis est Provinciae. hinc sequuntur et aliae urbes, inter

βεντζίας. πόλεις δὲ ἔχονται ἥ τε Ἀβινιὼν πόλις, καθ' ἣν γέφυρα ἐπέστη μεγάλη δὴ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, ἔστε ἐπὶ Βαρκενώνην χώραν ἐλθεῖν.

Αὕτη μὲν οὖν ἡ χώρα τῆς Γαλατίας, ὡς συνελόντι διεξιέναι· τὸ δὲ γένος τοῦτο Κελτῶν λέγεται παλαιόν τε καὶ D *ἔργα πρὸς τοὺς ἀπὸ Λιβύης βαρβάρους ἀποδεδειγμένον λαμπρά, καθ' ὃν δῆτα χρόνον βασιλεῖς Ῥωμαίων καὶ αὐτοκράτορες ἀπεδεικνύοντο οἱ τῶν Κελτῶν βασιλεῖς. Κάρουλον δὲ μάλιστα δὴ τῶν βασιλέων τούτων τὸν πρὸς τοὺς Λίβυας πόλεμον ἀνελόμενον, συνεπιλαμβανομένου τοῦ τε ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Ὀρλανδίου, ἀνδρὸς τόλμῃ τε καὶ ἀρετῇ τὰ ἐς στρατὸν ἐπισήμου γενομένου, καὶ Ῥινάλδου καὶ Ὀλιβερίου καὶ ἄλλων τῶν ταύτῃ ἡγεμόνων, Παλατίνων καλουμένων, συνδιαφερόντων αὐτῷ τὸν πόλεμον, καὶ πολλαχῇ κατὰ τὴν Γαλατίαν μὲν πρῶτα, μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ Ἰβηρίαν τρεψάμενον τοὺς ἐναντίους νίκας ἀνελέσθαι περιφανεῖς. καὶ κλέος αὐτῶν ἀνὰ Ἰταλίαν καὶ Ἰβηρίαν καὶ δὴ καὶ Γαλατίαν μέγα ἐς τόδε ἀεὶ εὐφημούμενον ᾄδεται ὑπὸ πάντων. Λίβυες γὰρ διαβάντες τὸν* P. 46 *πρὸς Ἡρακλείους στήλας πορθμὸν κατέσχον τε κατὰ βραχὺ προϊόντες τὴν Ἰβηρίαν, μετὰ δὲ ταῦτα Ναβάρην τε χειρωσάμενοι καὶ Πορτουγαλίαν χώραν, ἔστε ἐπὶ Ταρακῶνα ἐλαύνοντες, τὰ ἐς τήνδε αὖ τὴν χώραν καταστρεψάμενοι ἐσέβαλον ἐς τὴν Κελτικήν. Κάρουλος μὲν οὖν καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πόλε-*

17. τόνδε P

quas commemoratur Tabiniorum urbs, quae pontem habet maximum eorum qui in orbe sunt, qua patet aditus ad Barcenonem regionem.

In hunc modum, quantum breviter potui, descripta sit Gallia. vetustate dicunt gentem hanc plurimum excellere, praeterea saepius magna cum gloria fudisse barbaros ex Libya profectos, praesertim eo tempore quo Gallorum reges et Caesares imperiique Romani reges eligebantur. Carolum autem ferunt prae reliquis regibus strenue rem gessisse adversus Poenos (qui et Saraceni); cui auxilio venere Orlandus vir eximia fortitudine scientiaque militari illustris, et Rinaldus Oliberiusque, nec non alii duces Palatini nuncupati. qui ubique, cum in Gallia tum in Iberia, fugantes hostes plurimas insignes nacti sunt victorias. eorum gloria adhuc hodie laudibus apud Italos Gallos Hispanosque celebratur. Poeni enim ea traiicientes ubi Herculis columnae visuntur, incursionem fecerunt in Iberiam, quam summa celeritate occuparunt. hinc Navarram capientes, Portugalliaeque regionem qua patet usque ad Tarraconem, et quae ad hanc pertinent, subigentes, devenerunt et in Galliam. Carolus cum suis obviam his

μον ἐξενεγκόντες πρὸς τούσδε τοὺς Λίβυας μεγάλα ἀπεδείκνυντο ἔργα, ἄνδρες γενόμενοι ἀγαθοί, καὶ τῆς τε Κελτιβήρων καὶ Κελτικῆς χώρας ἐξελάσαντες ἐς τὴν Γρανάτην πόλιν ὀχυρωτάτην ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ ἐς ὠκεανὸν καθήκοντος. παρ' B αὐτὸν δὲ τὸν πορθμὸν κατὰ βραχὺ προϊόντες τήν τε Ἰβηρίας χώραν πολλὴν κατασχόντες ᾤκουν καὶ συνελαύνοντες ἐπολιόρκουν. καὶ τήν τε χώραν ἀπεδίδοσαν τοῖς ἑαυτῶν προσήκουσι, τὴν Ἰβηρίαν καὶ Ναβάρην καὶ Ταρακῶνα, καὶ τοὺς σφῶν αὐτῶν προσήκοντας ὑπὸ βαρβάρων πολιορκουμένους ἀπέλυόν τε τῆς πολιορκίας, καὶ τὴν χώραν ἐπιδιελόμενοι σφίσιν ᾤκουν, ἀπολαβόντες ἕκαστος τὸ ἀνῆκον αὐτῷ μέρος. καὶ οὗτοι μὲν ταύτῃ κάλλιστα θέμενοι τὸν πόλεμον ἐς τόδε ἀεὶ ὑμνοῦνται ὡς ἄνδρες γενόμενοι ἀγαθοί. καὶ Ὀρλάνδον μὲν τόν γε στρατηγὸν ὑπὸ δίψους ἐκπολιορκηθέντα ἀποθανεῖν, C Ῥινάλδον δὲ διαδεξάμενον τὸν πόλεμον καταλιπεῖν τοῖς Ἰβηρίας βασιλεῦσιν. οἱ δὲ διαδεξάμενοι τόνδε τὸν πόλεμον ἐς ἔτι καὶ νῦν τοὺς Λίβυας τούτους ἄγειν καὶ φέρειν νομίζουσι. τὸ δὲ γένος τοῦτο Λιβύων γλώττῃ μὲν διαχρῆται τῇ Ἀραβικῇ, καὶ ἤθεσι δὲ καὶ θρησκείᾳ τῇ Μεχμέτεω, ἐσθῆτι δὲ τοῦτο μὲν βαρβαρικῇ τοῦτο δ' αὖ καὶ Ἰβηρικῇ.

Οἱ μὲν οὖν Κελτοὶ ἐς τοῦτο παραγενόμενοι μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ τούτοις, καὶ γένος οἴονται τὸ ἑαυτῶν εὐγενές τε

7. ἑαυτοῦ P: corr H   13. Ὀρμᾶνδον P   15. Ῥιμαῖον P

egressus egregia facinora patravit. nam Carolus principesque quos supra nominavimus, expulerunt eos Celtiberorum et Gallorum regione. qui fugientes receperunt se in Granatam urbem munitissimam, sitam in monte qui in Oceanum se proiicit. ab isto portu paululum progressi Hispaniam bello adorti sunt, multamque nacti regionem ibi habitarunt. at Carolus principesque sui hostiliter eos persecuti sunt. regionem autem bello partam genere propinquis dederunt, Iberiam videlicet, Navarram et Tarraconem. propinquos a barbaris obsessos obsidione liberarunt. tandem regionem inter sese distribuentes, singuli partem ad se pertinentem acceperunt. qui cum in hunc modum bellum confecissent, ab omnibus etiam hodie canuntur, ut qui fuerint viri spectatae virtutis. Hormindus dux siti debellatus occubuit. Rhimaeus succedens in bellum coeptum, tandem id Hispaniae regibus reliquit. qui suscepto bello etiamnum res Poenorum agere et ferre putantur. gens ista Libyca linguam Arabicam in usu habet, moribus et religione imitantur Mechmetem: vestitu utuntur partim barbarico partim Hispanico.

Galli rebus praeclare longe lateque gestis superbientes, se nobilitate et claritate reliquas Occidentis gentes longe antecedere putant.

καὶ διαπρέπον διὰ πάντων δὴ τῶν πρὸς ἑσπέραν γενῶν. διαίτῃ δὲ χρῶνται οἱ Κελτοὶ ἁβροτέρᾳ τῆς Ἰταλῶν διαίτης καὶ σκευῇ τῇ ἐκείνων παραπλησίᾳ, φωνὴν δὲ προΐενται διενεγκοῦσαν μὲν τῆς Ἰταλῶν φωνῆς, οὐ μέντοι τοσοῦτον ὥστε δόξαι D ἑτέραν εἶναι τῆς Ἰταλῶν φωνῆς τὴν γλῶτταν ἐκείνων. ἀξιοῦσι δὲ πρωτεύειν ὅποι ἂν παραγένωνται τῶν ἐς τὴν ἑσπέραν γενῶν. ὑφίεντο μέντοι τῆς ἀγνωμοσύνης, ἐπεί τε ὑπὸ Ἄγγλων τῶν τὴν Βρετανίαν οἰκούντων ἔθνος διαπολεμῆσαν τήν τε χώ- V. 37 ραν αὐτῶν κατεστρέψαντο, καὶ αὐτοὺς καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀφελόμενοι, ἐπὶ τὴν μητρόπολιν αὐτῶν Παρίσιον συνελάσαντες, ἐπολιόρκουν. τὴν δὲ αἰτίαν αὐτῶν τῆς διαφορᾶς φασὶ γενέσθαι ὧδε. ἔστι πόλις Καλέδη οὕτω καλουμένη ἐν τῇ παραλίῳ χώρᾳ τῆς Κελτικῆς, παρὰ τὸν ὠκεανόν, οὐ πάνυ τι ἐπίσημος, ἐν ἐχυρῷ δὲ ᾠκημένη, ἔς γε τὸν ἀπὸ Γαλατίας P. 47 ἀπόπλουν ἐς τὴν Βρετανικὴν ἐπιτηδείως ἔχουσα, καὶ ἐν καλῷ τοῦ πορθμοῦ ᾠκημένη παρέχεται ἐντεῦθεν ὁρμωμένοις ἐς τὴν Κελτικὴν ἐσβαλεῖν. ταύτην τὴν πόλιν ὁ τῶν Βρετανῶν βασιλεύς, τοῖς ἐν τῇ πόλει προδοσίαν συνθέμενος, εἷλεν ἐπιβουλῇ, καὶ κατασχὼν ἐτυράννευε ταύτης. ἀπαιτοῦντι δὲ τὴν πόλιν ταύτην τῷ Γαλατίας βασιλεῖ οὐκ ἔφη ἑκὼν εἶναι ἀποδιδόναι, καὶ φρουρὰν ἔφαινον διαπορθμεύοντες ἀπὸ τῆς νήσου ἐπὶ τὴν πόλιν. τὴν μέντοι πόλιν ἐπελαύνων ἐπολιόρκει ἐπὶ

7. ὑπὸ om H 8. διαπολεμῆσον P: corr H 18. τῆς ἐν τῇ πόλει προδοσίας P

victus horum paulo quam Italorum delicatior: in suppellectili nullam invenias differentiam. lingua Gallorum differt a lingua Italorum, nec tamen adeo ab ea recedit ut eam aliam ab Italorum lingua dixeris. primas semper ferre volunt, quascunque Occidentis accesserint gentes. verum aliquantulum de ista inscitia remiserunt, postquam Angli, genus hominum Britanniam incolens, illam gentem debellaverunt regionemque et ipsos suae dicioni iunxerunt. cum eos regno spoliassent, exercitum Lutetiam adduxerunt, eamque urbem obsidione circumdedere. discordia autem inter Gallos Anglosque exorta huiusmodi principium habuit. urbs est, Caledam nomine vocant, sita in maritima Celticae Galliae regione, iuxta Oceanum. claritate non admodum celebris habetur: verum locus ubi aedificata est, natura censetur munitissimus. commodissime hinc ex Gallia in Britanniam navigatur. tanta quoque portus commoditas est, ut praebeat viam facilem irruendi in Galliam. rex Britannorum proditionem paciscens cum oppidanis istam urbem per insidias in potestatem accepit; captam suo imperio rexit. Gallorum regi oranti ut sibi restituatur ea urbs, respondit nunc non esse sibi in animo ut reddat

συχνὸν χρόνον· μετὰ δέ, ὡς οὐ προεχώρει αὐτῷ οὐδὲν πο-
λιορκοῦντι, ἀπήγαγε τὸν στρατὸν ἐπ' οἴκου ἀναχωρῶν. ὕστε-
B ρον δὲ ὁ Βρετανῶν πολύ τι στράτευμα ἀθροίσας, καὶ δια-
βάντες ἐς Γαλατίαν τὴν χώραν ἐδῄουν. καί πῃ συμμίξαντες
τῇ Κελτῶν μοίρᾳ οὐκ ὀλίγῃ, καὶ μαχεσάμενοι, διέφθειρον τὸ
πλέον τῆς Κελτικῆς. ἐγένετο δὲ ὧδε. ὡς ἐπὶ διαρπαγὴν τῆς
χώρας ἐτράποντο οἱ Ἄγγλοι, ἐπήλαυνον ὀπίσω ἀπάγοντες
λείαν· καταλαβόντες δὲ αὐτοὺς οἱ Κελτοὶ πρὶν ἢ φθῆναι δια-
σωθέντας ἐς τὴν Καλέδην, περιστῆσαί τε αὐτοὺς κυκλωσαμέ-
νους ἔν τινι λόφῳ. ὡς δὲ ἐν ἀπόρῳ τε εἴχοντο οἱ Βρετανοί,
μὴ οὐκ ἔχοντες ὅποι τράπωνται γενόμενοι, διεμηνύοντο ὥστε
τὴν λείαν ἀποδοῦναι καὶ τὰ ὅπλα, ἐφ' ᾧ ἐπιτραπῆναι σφί-
C σιν ἀσινέσιν ἀπιέναι ἐς τὴν ἑαυτῶν. οἱ δὲ οὐκ ἔφασαν ἐπι-
τρέπειν ἀπιέναι, εἰ μὴ δώσουσι δίκην ὧν εἰς τοὺς Κελτοὺς
ἐξυβρίσαντες τὴν χώραν αὐτῶν διαρπάζουσιν. ἐνταῦθα ὡς
ἔγνωσαν οἱ Βρετανοὶ ἐς τὸ ἔσχατον τοῦ κακοῦ ἀφιγμένοι,
μαχόμενοι τοῖς Κελτοῖς ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς ἄνδρες ἐγένοντο
ἀγαθοί· τρεψάμενοι δὲ τοὺς ἐναντίους ἐδίωκον φεύγοντας,
καὶ διέφθειρον αὐτοῦ ταύτῃ πολλούς. Κελτοῖς δέ, φασί τι-
νες, φεύγειν αὐτοὺς ἐν ταῖς μάχαις οὐ θέμις νομίζεται, ἀλλὰ
μαχομένους αὐτοῦ τελευτῆσαι· καὶ ἀπὸ τούτου Κελτοὶ σφᾶς
ἀξιοῦσι προέχειν τῶν ἄλλων γενναιότητι καὶ ἐπισημοτάτους

7. ἀπήλαυνον? 8. ὀφθῆναι P 9. περιστῆναι? 19. Κέλτους P: corr II

urbem. praesidio quoque eam firmarunt Angli, traiicientes eo ab insula. at ubi Gallus copias urbi admovit, eam longo tempore obsidione pressit. postea cum oppugnatio parum procederet, exercitum reduxit domum. transeuntes itaque Britanni cum suo rege denuo Gallorum regionem populabantur; et adcurrentes cum Gallorum manu non modica, praelium commisere, ac maximam horum partem penitus deleverunt. in hunc modum ista clades accepta est. Angli cum ad regionis praedam essent conversi, quicquid rapuissent, portabant retro, ut in sua ea deportarent. Galli ubi deprehendissent eos in hunc modum agere, insequi statuere. priusquam tamen in conspectum hostium venissent, Angli Caledam in locum munitissimum sese receperunt. verum Galli deinceps cinxerunt eos suis copiis, constitutos in colle quondam. Angli in ancipiti versantes discrimine, et quo se verterent nescii, dicere iubent Celtis se praedam reddituros armaque tradituros, si incolumes in suam regionem redire permittantur. Galli responderunt se non prius eos dimissuros quam poenas iniuriarum vastataeque regionis dederint. hinc sentientes Britanni in extremo se versari periculo, manus conserentes cum Gallis, pauci

εἶναι ἁπάντων. τοὺς μέντοι Βρετανοὺς ἀπὸ τοῦδε ἀδεέστε- D
ρον ἤδη χωρεῖν ἐπὶ τὰς πόλεις τῶν Κελτῶν πολιορκοῦντας
καὶ κατὰ βραχὺ προϊόντας, μαχέσασθαί τε τὴν μάχην ἐν τῷ
λύπης πεδίῳ οὕτω καλουμένῳ· ἐν ᾧ οὐδὲν πλέον ἔχοντες οἱ
Ἄγγλοι τῇ προτεραίᾳ ἐνηυλίσαντο, καὶ μετὰ ταῦτα τῇ ὑστε-
ραίᾳ μαχεσάμενοι ἐφόνευον τοὺς Κελτοὺς μαχομένους φύρ-
δην τε καὶ ἀναμίξ, καὶ χωρὶς ὡς ἕκαστον ἐπιχωροῦντα, ὥστε
ἀποθανεῖν. τὴν μέντοι χώραν σχεδόν τι σύμπασαν ὑπαγό-
μενοι οἱ Βρετανοὶ ἐχώρουν ἐπὶ τὰ βασίλεια, τὴν πόλιν αὐτὴν
τοῦ Παρισίου. καὶ ἦσαν δὲ τὰ Κελτῶν πράγματα προσδό- P. 48
κιμα ἐπὶ τὸν ἔσχατον ἤδη ἀφίξεσθαι κίνδυνον. δεισιδαιμο-
νοῦσι τοῖς Κελτοῖς, ὡς τοιαύτῃ κατείχοντο συμφορᾷ, καθ' ὃν
δὴ χρόνον ἄνθρωποι μάλιστα εἰώθασιν ὡς τὰ πολλὰ ἐπὶ δει-
σιδαιμονίαν τρέπεσθαι, γυνή τις τὸ εἶδος οὐ φαύλη, φαμένη V. 38
ἑαυτῇ χρηματίζειν τὸν θεόν, ἡγεῖτό τε τῶν Κελτῶν ἑπισπομένων
αὐτῇ καὶ πειθομένων. ἐξηγεῖσθαί τε τὴν γυναῖκα, ἣ δὴ ἔφασκε
σημαίνεσθαι ἑαυτῇ ὑπὸ τοῦ θείου, προελθεῖν τε συλλεγομένους
τοὺς Βρετανοὺς καὶ ἀναμαχομένους. οὐδὲν πλέον ἐχόντων
τῶν Ἄγγλων ἐπηυλίσαντό τε αὐτοῦ, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ αὖθις,
ἤδη θαρροῦντες τῇ γυναικὶ ἐξηγουμένῃ, ἐπὶ τὴν μάχην ἐπῄεσαν,
καὶ μαχεσάμενοι ἐτρέψαντό τε τοὺς πολεμίους καὶ ἐπεξῆλθον
διώκοντες. μετὰ δὲ ταῦτα ἥ τε γυνὴ ἀπέθανεν ἐν τῷ πολέ- B

18. τοὺς] ἐπὶ τούς?

cum multis, viros fortissimos se exhibuere. hostes fugam inire compellunt; fugientes persequuntur, plurimosque eo loci trucidant. verum quidam docent nequaquam fas esse Gallis fugere: proinde nec fuga sibi consuluisse, sed fortiter praeliantes ibi occubuisse. hinc existimant Galli se fortitudine gloriaeque splendore anteire reliquas gentes. at Britanni cum victoria essent potiti, minore iam cum metu arma movere contra Gallorum urbes, quas obsederunt; paulatimque progressi, tandem praelium fecerunt in campo Lypae (moeroris) sic dicto. verum cum eo die victoriam non essent assecuti, castris positis quieverunt. at die postero praelio redintegrato Gallos constipatos et confertos, separatos quoque, ut quemque nacti erant, neci dant. hinc regionem Galliae propemodum universam subiicientes Britanni profecti sunt contra Lutetiam regni sedem. iam periculum gravissimum Gallis impendebat: proinde ad superstitiones, ut in huiuscemodi fortunis fieri solet, convertuntur. erat mulier forma haud illiberali, quae dicebat sibi cum deo esse colloquium. haec regebat Gallos, qui ipsam sequebantur. mulier autem cum foret militiae dux, indicabat numinis indicio se scire Britannos cum exercitu accedere. commissa tandem pugna, cum victoriam Angli non essent adepti, in

μιᾷ τούτῳ, καὶ οἱ Κελτοὶ ἀνέλαβόν τε σφᾶς καὶ ἐρρωμενέστεροι ἐγένοντο πρὸς τοὺς Βρετανοὺς μαχόμενοι, καὶ τὰς πόλεις σφῶν ἀπολαμβάνοντες διεσώζοντο αὖθις τὴν βασιλείαν αὐτῶν, ἄχρις οὗ πολλάκις διαβάντων ἐς τὴν Γαλατίαν στρατῶν πολλῶν καὶ μεγάλων ἀπὸ Βρετανίας, μαχεσαμένους τοὺς Κελτοὺς φέρονται πλέον τῶν Βρετανῶν, ἐς ὃ δὴ συνελαύνοντες αὐτοὺς ἐς τὴν Καλέδην ἐξελάσαι αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας.

Βρετανικαὶ νῆσοι καταντικρὺ τῆς Φλανδρίας τρεῖς οὖσαι, ἐπὶ μήκιστον δὲ ὠκεανοῦ καθήκουσαι, ὁτὲ μὲν μία νῆσος τυγ-
C χάνει οὖσα, ὁπότε πλημμυρία, ὁτὲ δ' αὖθις τρεῖς, ὁπότε τὰ ὕδατα ἐς ἄμπωτιν γιγνόμενα ἀναστρέφοιτο. δικαιοτέρα δ' ἂν λέγοιτο μία αὕτη ἡ νῆσος, ἐπεὶ καὶ μία τε οὖσα καὶ κατ' αὐτὸ διήκουσα πολιτεύεται, φρονοῦσά τε κατὰ ταὐτὸ καὶ ὑφ' ἑνὸς ἀρχομένη τὰ ξύμφορα ἑαυτῇ ἐπισκοπεῖ. ἔστι δ' ἡ περίοδος τῆσδε τῆς νήσου ἐς πεντακισχιλίους μάλιστα σταδίους. γένος δὲ ἐνοικεῖ τὴν νῆσον πολύ τε καὶ ἄλκιμον, πόλεις τε ἔνεισιν αὐτοῦ μεγάλαι τε καὶ ὄλβιαι, καὶ κῶμαι ὅτι πλεῖσται. ἔστι δ' αὐτοῖς βασιλεύς, καὶ μητρόπολις αὐτῶν, ἐν ᾗ καὶ βασίλεια, Λούνδρας, τοῦ βασιλέως, ὑπ' αὐτὸν δὲ ἡγεμονίαι ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ οὐκ ὀλίγαι, κατὰ ταὐτὰ τοῖς Κελτοῖς διατιθέμεναι τῷ σφετέρῳ βασιλεῖ· οὔτε γὰρ ἂν ῥαδίως ἀφέλοιτο

6. φέρεσθαι H 11. δικαιότερον? 19. Λούνδρας post αὐτῶν ponit H

castra se receperunt. postero die freti virtute mulieris, quae exercitum ductabat, praelii potestatem faciunt. eo in praelio hostes fugarunt, fugientes persecuti sunt. mulier illa in eo praelio desiderata est. at Galli cum recepissent animos, iamque fortitudinis collegissent famam, fortiter contra Britannos dimicantes urbes suas recuperarunt, regnumque tutati sunt. quamvis plurimi et maximi exercitus a Britannia in Galliam transirent, tamen Galli semper victoriam pugnantes invenere. hostes fugere coegerunt Caledam, tandemque penitus eos e Gallia pepulerunt.

Britannia et insulae tres sunt e regione Flandriae, longe lateque Oceanum occupantes. una sita est eo loci ubi maris inundatio sive aestuarium conspicitur. reliquae tres sunt, ubi aquae in gurgitem conversae revertuntur. rectius quis dixerit istas insulas unam esse, quoniam una existens, et ad eandem sese extendens, iisdem legibus et moribus iisdem gubernatur; et uni subiecta magistratui, quae sibi utilia sunt prospicit. insulae huius ambitus continet quinque maxime milia stadiorum. eam tenet gens populosa et fortis. habet urbes magnas et opibus florentes, nec non vicos quamplurimos. rex eam gentem imperio temperat. Londras regni metropolis et sedes habetur. sunt in ista regione principatus non pauci, qui

βασιλεὺς τούτων τινὰ τὴν ἡγεμονίαν, οὔτε παρὰ τὰ σφῶν ἔθιμα D ἀξιοῦσιν ὑπακούειν τῷ βασιλεῖ. ἐγένοντο δὲ τῇ νήσῳ ταύτῃ συμφοραὶ οὐκ ὀλίγαι, παραπλεούσῃ αὐτῇ, ἐς διαφορὰν ἀφικνουμένων τῶν ἡγεμόνων πρός τε τὸν βασιλέα καὶ πρὸς ἀλλήλους. ἄλλα τε καὶ δὴ φέρει ἡ νῆσος αὕτη, οἶνον δὲ οὐδαμῇ, οὐδὲ ὀπώρας πάνυ τι, σῖτον δὲ καὶ κριθὰς καὶ μέλι. καὶ ἔρια ἔστιν αὐτοῖς οἷα κάλλιστα τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις χώραις, ὥστε καὶ ὑφαίνεσθαι αὐτοῖς πάμπολύ τι πλῆθος ἱματίων. νομίζουσι δὲ γλώσσῃ ἰδίᾳ πάμπαν, καὶ οὐδενὶ συμφέρεται ἐς τὴν φωνήν, οὔτε Γερμανοῖς οὔτε Κελτοῖς οὐδὲ ἄλλῳ οὐδενὶ τῶν περιοίκων. σκευῇ δὲ τῇ αὐτῇ χρώμενοι τοῖς Κελτοῖς, καὶ ἤθεσί τε τοῖς αὐτοῖς καὶ διαίτῃ. νομίζεται δὲ τούτοις τὰ τ' P. 49 ἀμφὶ τὰς γυναῖκάς τε καὶ τοὺς παῖδας ἁπλοϊκώτερα, ὥστε ἀνὰ πᾶσαν τὴν νῆσον, ἐπειδάν τις ἐς τὴν τοῦ ἐπιτηδείου αὐτῷ οἰκίαν ἐσίῃ καλούμενος, κύσαντα τὴν γυναῖκα οὕτω ξενίζεσθαι αὐτόν. καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς δὲ ἁπανταχῇ παρέχονται τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας τοῖς ἐπιτηδείοις. νομίζεται δὲ τοῦτο καὶ ἐς τὴν Φραντάλων χώραν, τὴν ταύτῃ πάραλον, ἄχρι Γερμανίας. καὶ οὐδὲ αἰσχύνην τοῦτο φέρει ἑαυτοῖς κύεσθαι τάς τε γυναῖκας αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας. Λονδρῶν δὲ ἡ πόλις δυνάμει τε προέχουσα τῶν ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ πασῶν πόλεων,

3. παρὰ πλείους αἰτίας? 9. συμφέρονται? 15. ἐσήει P
17. τοῖς] ἐν τοῖς P 20. ἀνδρῶν P: corr H

obtemperant regi non secus ac in Galia fieri supra memoravimus. nec quisquam rex facile his principatum eripuerit; nec praeter suas consuetudines statutaque regi obsequi tenentur. ea insula plurimas calamitates experta est, gerens inimicitias cum multis principibus, cum rege quoque inimicitias suscipiens et intestinis seditionibus interdum laborans. profert regio ista vinum nullibi; nec reliquorum fructuum admodum fertilis est. frumenti autem et hordei et mellis lanaeque plurima est affluentia, adeo ut his longe reliquis regionibus uberior sit; plurimas itaque vestes contexunt. lingua utuntur propemodum peculiari, qua nec Germanos nec Gallos nec alios finitimos populos referunt. quotidiano vitae usu, moribus quoque et victu nihil a Gallis discrepant: parva ipsis uxorum liberorumque cura est. itaque per universam insulam hic mos servatur, quando quis amici domum vocatus ingreditur, ut primum cum amici uxore concumbat, ut deinde benigne hospitio excipiatur. in peregrinationibus quoque mutuis utuntur uxoribus amici. eadem consuetudo observatur in Phrantalorum regione ibi maritima, usque ad Germaniam. nec probrosum ducunt uxores et filias in hunc modum impregnari. metropolis eius insulae viris opibus potentia reliquas ur-

ὄλβῳ τε καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ οὐδεμιᾶς τῶν πρὸς ἑσπέραν B λειπομένη, ἀνδρίᾳ τε καὶ τῇ ἐς τοὺς πολέμους ἀρετῇ ἀμείνων τῶν περιοικούντων καὶ πολλῶν ἄλλων τῶν πρὸς ἥλιον δύνοντα. ὅπλοις δὲ χρῶνται θυρεοῖς μὲν Ἰταλικοῖς καὶ ξί- V. 39 φεσιν Ἑλληνικοῖς, τόξοις δὲ μακροῖς, ὥστε καὶ ἱστῶντας ἐς τὴν γῆν αὐτοὺς τοξεύειν. ποταμὸς δὲ παρ' αὐτήν γε τὴν πόλιν ῥέων, σφοδρός τε καὶ μέγας, ἐς τὸν πρὸς Γαλατίαν ὠκεανὸν ἐκδιδοῖ, ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς σταδίους δέκα τε καὶ διακοσίους ἐπὶ θάλασσαν, καὶ πλημμυρίᾳ ἀναβαίνειν τὰς ναῦς εὐπετῶς πάνυ ἐπὶ τὴν πόλιν· καὶ μέντοι ἐπιστρέφει τὰ ὕδατα τὰ ἔμπαλιν γινόμενα, χαλεπῶς ἐπὶ τὰ ῥεύματα ἀνιόντα, ἀντικόπτειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἰόντα. κατὰ μέντοι ἄμπωτιν, C ἔν τε τῇ παραλίῳ χώρᾳ τῆς Γεγεντίας καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νήσῳ, ἐς ἄμπωτιν γινομένων τῶν ὑδάτων τὰς ναῦς ἐπὶ ξηρὰν γίνεσθαι, περιμενούσας ἐς ὃ ἀναπλημμυρίζει αὖθις τὰ ὕδατα. πλημμυρεῖ δὲ ἐς τὸ μέγιστον ἐπὶ πήχεις βασιλικοὺς πεντεκαίδεκα, τοὐλάχιστον δὲ ἐπὶ ἕνδεκα. νυκτὸς μὲν οὖν καὶ ἡμέρας ἀπορρέοντα πλημμυρεῖ αὖθις ἐπανιόντα. σελήνης δὲ κατὰ μέσον οὐρανὸν γιγνομένης, ἔστε τὸν καθ' ἡμᾶς καὶ ἐς τὸν ὑπὸ τὴν γῆν ὁρίζοντα, τρέπεσθαι ἐπὶ τὴν ἐναντίαν τὰ ὕδατα κίνησιν. χρὴ οὖν διασκοπεῖσθαι περὶ τῆς κινήσεως ταύτης τῶν ὑδάτων, τῇ δ' ἐπισκεπτομένους. τὴν γὰρ σελήνην ἐπιτροπεύειν

9. πλημμυρεῖ P

bes antecedit; divitiis quoque et reliqua felicitate omnes urbes Occidentem spectantes facile superat. fortitudine et virtute bellica ea gens melior finitimis et aliis plurimis Occidentis populis censetur. quantum ad armorum habitum attinet, scuta Italica et gladios Graecos gestant. missilibus utuntur oblongis, adeo ut plerumque ea stantes in terram defigant. flumen Themesis nomine istam urbem alluit, magnum et rapidum, quod in Gallicum mare effunditur ab urbe stadiis decem et ducentis; ibique restagnat adeo ut facile navibus hinc ad urbem accedere liceat. et sane aqua refluit aegre in fluvium ascendens propter urbis obiectum, fluens per gurgitem, qui est in regione maritima Gegeutiae. ubi autem aqua in insula se receperit in gurgitem, naves in sicco destitui constat, expectantes donec inundatio aquarum solita redeat. inundatio aquae excrescit, ubi plurimum, ad cubitos regios quindecim: ubi vero minimum, ad undecim cubitorum mensuram augescit. nocte igitur et die recedentes, postea remeant aquae, idque bis in spatio viginti quattuor horarum. luna cum fuerit in medio caelo horizontis nostri et eius qui subter terram est, in contrarium motum aquae discedunt. verum ut causas huius reciprocationis investigemus, in hunc modum nos inquisitionem

τε τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τετάχθαι οἰόμεθα. οὐκ ἂν δὴ ἀσυμφώνως ἔχειν πρός τε τὴν φύσιν τε αὐτῆς D καὶ τὴν κρᾶσιν ἣν εἴληχε τὴν ἀρχὴν ὑπὸ θεοῦ τοῦ μεγίστου βασιλέως, πρὸς μὲν τὴν κίνησιν αὐτῆς μετεωρίζουσαν ἐφέλκεσθαί τε ἐφ' οἷ τὰ ὕδατα, ἐς ὃ ἐπὶ τὴν μεγίστην ἀνάβασιν γένηται τοῦ οὐρανοῦ, κἀντεῦθεν αὖθις κατιοῦσαν ἐπανιέναι τὰ ὕδατα, μηκέτι συνανιόντα αὐτῇ ἐς τὴν ἄνοδον· ἐπειδὰν δὲ αὖθις ἐς τὴν κάθοδον γινομένη ἄρξηται γίνεσθαι ἐς τὸ ἄναντες, τὸ ἐντεῦθεν αὖθις ἐπανιόντα πλημμυρεῖν. συμβαίνει μέντοι καὶ ὑπὸ πνευμάτων ἐς τοῦτο συμβαλλομένων κινεῖν ἔτι μᾶλλον τὰ ὕδατα, ὅθεν ἂν δεχόμενα ᾖ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως. φέροιτο δ' ἂν ταῦτα κινούμενα διττὴν τήνδε τὴν P. 50 κίνησιν ἐπὶ τὴν τοῦ παντὸς τοῦδε τοῦ οὐρανοῦ κίνησιν, τήν τε αὐθαίρετον καὶ δὴ βίαιον γενομένην, ὡς ἂν μὴ ἐς σύμφωνόν τινα ἁρμονίαν γινομένης τῆς κινήσεως, πολυειδῆ τε καὶ ὡς μάλιστα ᾖ ἂν τὸ ἥδιστον ἐπί τε τῇ θεωρίᾳ καὶ ὄψει καὶ ἀκοῇ, καὶ ἐς ὅρον τινὰ σύμφωνον τῇ τοῦ παντὸς τοῦδε ψυχῇ, ὡς ἂν αἰσθομένῃ μᾶλλόν τι ἐνεγκουσῶν τῶν κινήσεων καὶ ἀλλήλαις συμφερομένων ἔς τινα ὁμοειδῆ συμφωνίαν ἔχοντι ἄλλην τὸ ἥδεσθαι. ἐντεῦθεν τήν τε ψυχῆς κίνησιν, τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν λαμβάνουσαν, ἐπὶ τὴν διττὴν ἐκείνην φορὰν κινεῖν αὖθις τὰ σώματα, αὔξοντά τε δὴ καὶ φθίνοντα. καὶ

5. οἷ] ᾧ P   21. τὴν] τὸ P: corr II

facere oportet. lunae sidus a deo ordinatum est, ut aquarum naturam administret. hinc credimus lunae naturam et temperaturam, quam initio a deo magno rege accepit, non abhorrere ab aquarum natura. nam cum suo motu se in altum recipiat, attrahit aquas sub se sitas, donec ad maximum sui motus ascensum pervenerit. deinde ipsa descendente aquae refluunt, non amplius quam donec fuerit in descensu ipsam sequentes. ubi autem ad ima sui cursus descenderit et in altum iterum assurgere inceperit, aquae redeuntes inundant. verum si accesserint venti, accidit ut aquae magis moveantur. undecunque tamen motus principium aquae susceperunt, constat eas duplici motu moveri, imitantes huius universi caeli motum, qui partim naturalis partim violentus censetur. itaque nisi in harmoniam anni a parte sibi consona motus iste recesserit, plurimae et variae motus species exoriuntur. et sane in primis suave speculationi iucundumque visui et auditui spectaculum fuerit, si in debitam mensuram quandam huius universi anima contracta fuerit, quasi sentiat suos motus et inter se commisceat, debitamque harmoniam, quae plurimum delectationis contineat, pulchre constituat. ab hoc motu duplici etiam anima nostra motum duplicem accipit, et dupliciter corpora movet, partim quidem

B μὲν δὴ καὶ ἐπὶ κίνησιν τήνδε τὴν ὁρμὴν ἐπιδέχεται τῷ παντὶ τῷδε συμφερομένην ἡ ἡμετέρα ψυχή. τῇ μὲν αὐθαιρέτῳ τήν τε γένεσιν καὶ αὔξησιν ἕπεσθαι ἀνάγκῃ, τῇ δ' αὖ βιαίῳ καὶ ἀκουσίῳ κινήσει τήν τε φθίσιν αὖ καὶ τελευτὴν ἐπισπομένην συμβαίνειν τοῖς τῇδε οὖσι.

Ταῦτα μὲν ἔστε τὴν τοῦ ὠκεανοῦ κίνησιν καὶ τὴν τῇδε αὖ διττὴν ζώων ἐμψύχων κίνησιν, ὅσα τε ψυχὴν ἴσχει ἐνταῦθα καὶ κίνησιν κινεῖται ἥντιναοῦν. τὰ μέντοι ἐς τήνδε τὴν θάλασσαν ὕδατα οὐ τὴν αὐτὴν ἐκείνην ἀνάγκῃ κινεῖσθαι κίνησιν, ἀλλ' ὡς ἔχει τε ἕκαστα πνευμάτων τε καὶ τόπων ἐς τὴν κίνησιν βιαζομένων αὐτά, ἢ φύσεως ἔχοι ἂν καὶ ῥοπῆς, C πρὸς ἣν ἂν κινοῖτο δὴ ταῦτα κίνησιν.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐς τὴν τῶν ὑδάτων τοῦ ὠκεανοῦ κίνησιν, καὶ ἐπὶ πλεῖστον δὲ τῆσδε τῆς θαλάσσης, ἐς τοσοῦτον ἀπερρίφθω· ἐπάνειμι δὲ ἐπ' ἐκεῖνα τῆς ἀφηγήσεως, ὅθεν ταύτῃ ἀπετραπόμεθα. βασιλεὺς γὰρ δὴ Ἑλλήνων, ὡς ἐπὶ τὸν βασιλέα Κελτῶν ἀφίκετο, φρενίτῃ τε ὄντα δὴ κατέλα- V.40 βεν, οὐκ ἐξεγένετό οἱ ὁτῳοῦν ἄλλῳ τῶν κατὰ τὴν Γαλατίαν ἡγεμόνων ὧν ἕνεκα ἀφίκετο χρηματίσαι· καὶ διὰ ταῦτα συμβουλευόντων τῶν αὐτοῦ ταύτῃ ἀρίστων ἐπέμενε θεραπευθῆναι τὸν βασιλέα, συχνόν τινα διατρίβων αὐτοῦ χρόνον. ὡς δὲ ἐπετείνετο ἐπὶ μακρότερον τοῦ νοσήματος, οὐχ οἷός τε ἦν D ἔτι ἐπιμένειν αὐτῷ, ὑπέστρεψε διὰ Γερμανίας τε καὶ Παιο-

19. ὧν add H 23. αὐτοῦ H

ut crescant, partim vero ut decrescant. nam dum huius universi motum anima nostra comitatur, necessitas exigit ut motus naturalis generationem et augmentum, violentus vero corruptionem et interitum naturalium corporum gignat.

Haec quidem, quantum attinet ad Oceanum, et ad duplicem eorum quae animam habent motum, quocunque tandem motu impellatur, dixisse sufficiat. at humorem qui in nostro est mari, non necesse est isto agitari motu: verum pro natura ventorum et locorum, quibus opportunus est, motus ciere solet humor.

Illa commemoravimus hactenus, quia spectare visa sunt praecipue ad Oceani reliquorumque marium plerumque motum. nunc unde digressi sumus, redeundum est. rex Graecorum cum in Galliam venisset, regem Gallorum phrenesi laborantem offendit; nec potuit a quoquam Galliae ducum impetrare ea propter quae iter in Galliam intenderat. quapropter consulentibus id optimatibus, qui ibi erant, moras trahere statuit, donec rex curareretur. cum autem morbus in longum protraheretur, manere diutius non fuit ausus. proinde transita Germania et Pannonia domum rediit. Paiazites ea tempestate

νίας. Παιαζήτης δὲ τότε Βυζάντιον ἐπολιόρκει προσέχων ἐντεταμένως, καὶ ἐπὶ Πελοπόννησον πέμψας στρατόν, ἀποκρούων μυριάδας πέντε, καὶ Ἰαγούπην τὸν τότε αὐτῷ Εὐρώπης στρατηγόν, αὐτὸς εἶχεν ἀμφὶ τῇ ἑαυτοῦ ἀρχῇ τῇ περὶ τὸ Βυζάντιον. Ἰαγούπης μὲν σὺν τῷ Βρενέζῃ, τότε δὴ ἀρξαμένῳ εὐδοκιμεῖν, ἐσέβαλον ἐς τὴν Πελοπόννησον· καὶ Βρενέζης μὲν πολλάκις ἐσβαλὼν καὶ τότε καὶ μετὰ ταῦτα ἐδῄου τὴν Πελοπόννησον, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ Κορώνην τε καὶ Μεθώνην χωρία, Ἰαγούπης δὲ ὁ τῆς Εὐρώπης ἡγεμὼν ἀφικόμενος ἐς τὸ Ἄργος ἐπολιόρκει. τὸ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον κατεῖχον. ἀπέδοτο δὲ Θεόδωρος ὁ τῆς Σπάρτης ἡγεμών, P.51 ὡς ἀπέγνω τοῖς Ἕλλησι τὴν σωτηρίαν τῷ τε Βυζαντίῳ, πρὸς δὲ καὶ τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἤδη ἑστηκότα τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα· τότε Ἄργος ὅμορον ὂν Ναυπλίῳ, πόλει τῶν Ἑλληνικῶν, ἀπέδοτο οὐ πολλοῦ. καὶ Σπάρτην δὲ τοῖς ἀπὸ Ῥόδου Ναζηραίοις ἐς λόγους ἀφικόμενος ἀπέδοτο πολλοῦ τινός. οἱ μὲν Σπαρτιᾶται ὡς ᾔσθοντο προδεδομένοι ὑπὸ τοῦ σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνος (ἀπῆν γὰρ τότε), ἐνάγοντος τοῦ Σπάρτης ἀρχιερέως κοινῇ τε συνιέντες σφίσι λόγον ἐδίδοσαν, καὶ συνίσταντο ἀλλήλοις, καὶ συνετίθεντο ὡς οὐδενὶ B ἐπιτρέψοντες εἰσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν τῶν Ναζηραίων, πᾶν δὲ ὅ τι ἂν δέοι χαλεπὸν πεισομένους πρὸ τοῦ Ναζηραίοις τοῖς

11. *κατεῖχον οἱ Οὐενετοί* H   19. *συνιόντες?*

oppugnationi urbis Byzantiae intentus erat. misit quoque in Peloponnesum exercitum, qui complectebatur quinque myriades hominum. his praefecit Iagupen, eo tempore Europae ducem. ipse autem incumbebat Byzantii oppugnationi, ut et id regnum sibi subiiceret. Iagupes et Brenezes, qui tum clarescere incipiebat rebus fortiter gestis, incursionem fecere in Peloponnesum. et quidem Brenezes, cum saepius Peloponnesum tentasset, tandem ad populationes animum convertit, devastans Peloponnesum et alia Coronae Methonaeque finitima loca. Iagupes Europae dux, cum exercitu accedens, Argos urbem oppugnare aggressus est; eamque eo tempore obtinuit. at Theodorus Spartae dux hanc urbem vendiderat, cum Graeci iam desperarent de Byzantii Peloponnesique salute, ipsorumque res in gravissima pericula adductae essent. tunc igitur, cum Graecorum res in ancipiti haererent periculo, Argos urbem Nauplio Graecorum oppido finitimam vendidit haud magno pretio. Spartam tamen, cum in colloquium venisset cum Rhodi Nazaraeis, iis magna pecuniae vi vendidit. Spartani cognito se traditos esse a suo duce, qui eo tempore aberat Rhodi, admoniti a suo episcopo, qui id indicium fecerat, in comitium evocantur. ibi multis ultro citroque iactatis, coniuratio-

Λατίνων πείθεσθαι. ἐστήσαντο δὲ σφίσι καὶ τόν γε ἀρχιερέα ἄρχοντα ἐπὶ τούτῳ. καὶ ἐλθόντων τῶν Ναζηραίων προηγορεύοντο ἀπαλλάσσεσθαι τὴν ταχίστην· εἰ δὲ μή, περιέψεσθαι ὡς πολεμίους. οὗτοι μὲν οὖν ᾤχοντο ἀπαλλασσόμενοι ὡς ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα, ὡς οὐδὲν ἐς τοῦτο σφίσι προεχώρει· Θεόδωρος δὲ ὁ τῆς Σπάρτης ἡγεμὼν ὡς ᾔσθετο τὸ πρᾶγμα, ὡς τοὐναντίον ἢ ἐβούλετο περιέστη αὐτῷ, λόγους τε ἔπεμπεν αὖθις παρὰ τοὺς Σπαρτιάτας, ἀποπειρώμενος εἰ
C δέξαιντο ἔτι αὐτὸν αὖθις ἐπανιόντα. ὡς δὲ διαπειρωμένου προσίεντο τοὺς λόγους, ἐσῄει δὲ τὴν πόλιν, ὅρκια ποιησάμενος μηκέτι τοῦ λοιποῦ ἐπὶ νοῦν βαλέσθαι τοιοῦτον. τότε οἱ Οὐενετοὶ φρουρὰν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀποφηνάμενοι κατεῖχον.
1397 ἐπὶ τοῦτο δὲ τὸ Ἄργος Ἰαγούπης ὁ Παιαζήτεω βασιλέως στρατηγὸς ὡς ἐστρατεύετο, ἐπολιόρκει τε ἀνὰ κράτος, καὶ προσβάλλων τῷ τείχει θαμὰ οὐκ ἀνίει. μετὰ δὲ οὐ πολὺν χρόνον, ὡς ἀπὸ δυοῖν ἅμα τόποιν προσβάλλων ἐπειρᾶτο τοῦ χωρίου, γίνεταί τι δεῖμα τοῖς ἐν τῇ πόλει πανικὸν τοῖς ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ τῆς πόλεως μέρει ἀμυνομένοις, ὡς δόξαν αὐτοῖς ἄνθρωπόν τινα τῶν ἐπιχωρίων φήσαντα εἰπεῖν ὡς ἑάλω ἡ
D πόλις ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ, καὶ ἐκλιπόντας τὸ χωρίον τοῦτο ἰέναι δρόμῳ ἐπὶ τὸ δεξιόν, ἐνταῦθα δὲ ἀναβεβηκότας τὸ τεῖχος τοὺς πολεμίους ταύτῃ ἑλεῖν τε κατὰ κράτος τὴν πόλιν καὶ

3. περιόψεσθαι P

nem faciunt, et unanimiter conspirant se nulli Nazaraeorum aditum ad se concessuros: immo quidvis potius mali subituros quam Latinorum Nazaraeis parere velint. quo res ista maiore auctoritate gereretur, episcopum ducem creant. venientibus Nazaraeis edicunt ut continuo suis finibus discederent: sin minus, se eos pro hostibus habituros. hi igitur, cum conatus omnes caderent irriti, abiere, quasi profecturi ad ducem Theodorum. Theodorus ubi rescivit rem longe aliter quam agitasset animo evenisse, legatos ad Spartanos misit tentaturus eorum animos, si redeuntem denuo suscipere vellent. ut autem tentantis admiserunt orationes, regressus est in urbem, fidem dans, interposita iurisiurandi religione, se nihil huiusmodi amplius in animum inducturum. ea tempestate Veneti praesidio arcem firmarunt, eamque obtinuere. contra Argos urbem, ut eam oppugnaret, summa vi Iagupes copias duxit; aggressusque murum saepius nihil proficiebat. nec multo post cum urbem duobus in locis simul adortus esset, eam capere summa ope nitebatur. oppidanis autem, qui in sinistra urbis parte resistebant, panicus terror spectro viso iniicitur. putabant enim se vidisse virum quendam indigenam, dicentem urbem in dextra parte, qua oppugnabatur, captam esse. relicto itaque loco isto, citato agmine contenderunt ad dextram urbis partem. hinc ho-

ἀνδραποδίσασθαι πόλιν περιφανῆ τε καὶ παλαιάν. ἀνδράποδα
δὲ λέγεται γενέσθαι ἐντεῦθεν τοῖς Τούρκοις ὡς τρισμύρια. κα- V. 41
τοικίσαι μὲν τούτους λέγεται βασιλεὺς ἐς τὴν Ἀσίαν· οὐκ ἔχω
δὲ τοῦτο συμβαλέσθαι ὡς εἴη ἀληθές, οὐ δυνάμενος ἐξευρεῖν
διαπυνθανομένῳ ὅποι τῆς Ἀσίας οὗτοι κατῴκηνται ὑπὸ Παια-
ζήτεω βασιλέως.

Ἰαγούπης μὲν οὖν ὡς τὸ Ἄργος ἠνδραποδίσατο, ἀπή-
γαγε τὸν στρατόν· μετὰ δὲ ταῦτα Βρενέζης τε αὐτίκα ἐπὶ P. 52
μέγα ἐχώρει δυνάμεως, ἐμβάλλων τε ἐς τὴν Πελοπόννησον
καὶ ἐς τὴν παράλιον Μακεδονίαν ἐπὶ τοὺς Ἀλβανούς, μεγάλα
καὶ ἐπίσημα ἔργα ἀποδεικνύμενος τῷ τοῦ βασιλέως οἴκῳ,
στρατηγὸς μὲν οὐκέτι ἀποδειχθεὶς ὑπὸ βασιλέως, τῶν δὲ
Τούρκων ἑπομένων αὐτῷ, ὅποι ἂν ἐξηγοῖτο, ὡς εὐτυχεῖ τε
γενομένῳ τὰ ἐς πόλεμον καὶ πλουτίζοντι τὰ στρατεύματα,
ὅποι ἂν ἐπίοι στρατευόμενος. τοὺς γὰρ δὴ ἱπποδρόμους κα-
λουμένους τοῦ γένους τοῦδε, μήτε μισθὸν μήτε ἀρχὴν ἔχον-
τας ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἐπὶ διαρπαγήν τε καὶ λείαν ἀεὶ διω-
θέντας ἕπεσθαι ὅποι ἄν τις ἐξηγῆται αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς πολε- B
μίους, αὐτίκα ἕκαστον ἱππεύοντά τε καὶ ἕτερον ἀγόμενον
ἵππον ἐς τὸ ἱππόδρομον τῆς λείας, ἐπεὶ δὲ ἐν τῇ πολεμίᾳ γέ-
νωνται, σύνθημα λαμβάνοντες ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, ἀναβάντες
οὓς περιάγουσιν ἵππους, θεῖν ἀνὰ κράτος, μηδέν τι ἐπέχον-

2. κατοικῆσαι P 5. διαπυνθανόμενος H 9. συμβάλλων P: corr H 15. ἐπίῃ P 17. εἰωθότας?

stes sumptis animis muros superarunt, urbemque illam gloria et vetustate praestantem vi occupavere penitusque diripuere. inde collegerunt Turci mancipiorum tres myriades; quae omnia in Asiam deportarunt, ibique habitare iusserunt. nec tamen potui invenire ut credam id verum esse; nec praeterea cognoscere potui, quis locus, ut eum incolerent, ipsis in Asia a rege Paiazite ascriptus sit.

Iagupes direpta Argo, urbe antiquissima, exercitum abduxit inde. postea etiam Brenezes brevi magnam potentiam nactus est, cum intrasset infesto agmine Peloponnesum et maritimam Macedoniam, contra Albanos fortiter dimicans. nec amplius electus est dux regiae domus: verum Turci eum sequebantur promptissime, quocunque exercitum duxisset, quia ubique felici rerum utebatur successu, exercitusque ditabat, quocunque militatum abiisset. equites enim Turcorum quidam, qui proprio nomine notantur, nec mercedem nec magistratus honorem a rege accipiunt: semper sequuntur, quocunque qui eos eduxerit, conversi ad praedam et spolia diripienda. horum singuli binos equos habent: uni insident, alterum desultorium abducunt secum, cuius opera in praedis agendis utuntur. quando autem

τας, καὶ σκεδαννυμένους σύντρεις διαρπάζειν ἀνδράποδα, καὶ ὅ τι ἐς ἄλλο προχωροίη. ταύτῃ ἐπίσταμαι τούς τε μετὰ Ἀμουράτεω τοῦ Ὀρχάνεω καὶ τοὺς τότε δὴ ἐπὶ Παιαζήτεω διαβάντας ἐς τὴν Εὐρώπην ὠθῆσαί τε καὶ ταύτῃ ἑλομένους σφίσι βιοτεύειν, καὶ ἐπιδόντας παραχρῆμα ἐνίους μέγα ὀλβίους ἐν βραχεῖ γίνεσθαι, ἁπανταχῇ τε τῆς Εὐρώπης οἰκήσαν-
C τας, ἀπὸ τῆς τῶν Σκοπίων πόλεως ἐπὶ τὴν Τριβαλλῶν χώραν καὶ Μυσῶν καὶ κατὰ τὴν Μακεδονίαν, μετὰ δὲ ταῦτα περὶ Θετταλίαν οἰκῆσαι πολλούς.

Ἐπὶ μὲν οὖν Παιαζήτεω λέγεται μοῖραν οὐκ ὀλίγην Σκυθῶν ἐπὶ Δακίαν ἐλθοῦσαν πρεσβεύσασθαι πρὸς Παιαζήτην, αἰτεῖσθαι αὐτῶν τοὺς ἡγεμόνας χρήματά τε καὶ ἀρχήν, ἐφ' ᾧ διαβάντας τὸν Ἴστρον συνδιαφέρειν αὐτῷ τοὺς ἐπὶ τῇ Εὐρώπῃ ἐναντίους πολέμους. τὸν δὲ ἡδόμενον τῷ λόγῳ προσίεσθαι τὴν αἴτησιν αὐτῶν καὶ ὑπισχνεῖσθαι μεγάλα. διαβάντων δὲ ἐκείνων κατοικῆσαι αὐτοὺς ἀνὰ τὴν Εὐρώπην, θεραπεύοντας τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν ἀνὰ μέρος ἕκαστον, καὶ
D σκεδασθέντας οὕτω αὐτοὺς χρησίμους γενέσθαι ἔστε ἱπποδρόμους καὶ ἐς πόλεμον. ὕστερον μέντοι Παιαζήτης ὀρρωδῶν μή τι νεωτερίσωσιν οἱ ἡγεμόνες αὐτῶν συνιόντες σφίσι, συλλαβὼν τούτους ἀπέκτεινε. τῶν δὲ Σκυθῶν καὶ νῦν ἔτι ἀνὰ τὴν Εὐρώπην πολύ τι πλῆθος πολλαχῇ σκεδασθέντων ἐστὶν

14. τοῖς — ἐναντίοις H

venerint in terram hostilem, accepto signo a duce conscendunt equos, quos ad id expeditos circumducunt: currunt citissime, nihil morantes, et dispersi rapiunt mancipia, et quaecunque casus obtulerit. eo modo novi illos, qui cum Orchanis filio Amurate et cum Paiazite ea tempestate in Europam transierant, ad praedas se convertisse et id vivendi genus sibi elegisse; incredibilique incremento brevi sumpto maximas acquisivisse opes, habitantes undique per Europam, ab Scopiorum urbe usque ad Triballorum Mysiorumque regionem, etiam per Macedoniam dispersos. deinde circa Thessaliam plurimos quoque aetatem egisse constat.

Imperante Paiazite fama est non modicam Scytharum manum venisse in Daciam, et hinc legatos misisse ad Paiazitem, qui peterent pecuniam et regionem, quibus freti transituri essent Istrum cum Paiazite, et bella Europae gesturi. Paiazites plurimum delectatus illorum sermone munera magna promisit, si traiicerent, quemadmodum essent polliciti, Istrum, dicens se ipsis assignaturum Europae agros, ut singuli ibi viventes suos duces sectarentur. qui in hunc modum per Europam dispersi equites facti sunt optimi reique militaris peritissimi. deinceps Paiazites timens ne duces illi Scytharum Europae

ἰδεῖν. καὶ ὑπὸ Ἀμουράτεω μέντοι ἐν τῇ Μακεδονίᾳ ἢ περὶ
Θέρμην καὶ ἐν τῇ παρὰ Ἄξιον ποταμὸν χώρᾳ κατῴκισται,
ἀγαγόντος μέγα τι πλῆθος Τούρκων τε ἐς τοῦτον τὸν χῶρον
καὶ κατοικίσαντος. καὶ τὸ τῆς Ζαγορᾶς πέδον οὕτω καλού-
μενον ὑπὸ Ἀμουράτεω κατῳκίσθη, καὶ ἡ Φιλιπποπόλεως χώ- P. 53
ρα. ἡ μέντοι Χερρόνησος ἡ ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ καὶ πρότε-
ρον ὑπὸ Σουλαϊμάνεω κατῳκίσθη τοῦ ἀδελφοῦ. Θετταλία δὲ
καὶ ἡ περὶ τὰ Σκοπία χώρα καὶ ἡ Τριβαλλῶν ἀπὸ Φιλιππο-
πόλεως ἔστε ἐπὶ τὸν Αἷμον καὶ τὴν Σοφίαν οὕτω καλουμέ-
νην κώμην, Παιαζήτης ὁ Ἀμουράτεω κατοικίσας τήν τε Ἰλ-
λυριῶν καὶ Τριβαλλῶν ἐληΐζετο χώραν. ἐπιδιδόασι μὲν οὗτοι V. 42
οἱ χῶροι πρός γε πολεμίων, καὶ ὕστερον μετὰ ταῦτα ἑτέρων
ἐκ τοῦ ταύτῃ ἐπιρρεόντων αὐτοῦ, ὧνπερ ἂν ἐπυνθάνοντο ἐπι-
τηδείως σφίσιν ἔχειν τὴν χώραν πρός τε ἀνδράποδα καὶ ἐς
τὴν ἄλλην οὐσίαν τὴν ἀπὸ τῶν πολεμίων, καὶ ὅπῃ ἂν μάλι-
στα μὴ ἀντικόπτῃ ὑπὸ τῶν πολεμίων. Παιαζήτης δὲ ὡς ἐς B
τὴν Ἀσίαν διαβὰς ἐπὶ Ἐρτζικὰν πολιορκῶν παρεστήσατο,
προϊὼν Μελιτηνὴν τὴν ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ ἐπολιόρκει τε καὶ
προσέβαλε μηχανὰς παντοίας προσάγων τῷ τείχει. καὶ ἐπὶ
χρόνον μὲν ἀντεῖχε, μετὰ δὲ ταῦτα προσεχώρησε καθ' ὁμο-
λογίαν.

1. ἡ περὶ Θέρμην καὶ ἡ παρὰ H 17. ἐπεὶ H, omisso antea ὡς

statui aliquam innovationem inducerent, omnes comprehensos, cum in unum convenissent, obtruncavit. etiam hodie Scytharum magnam copiam undique per Europam morantium videre est, quos sedes capere in Macedonia Thermae et Axio flumini finitima Amurates iussit. qui Turcos quoque plurimos in istam regionem induxit, ut eam incolerent. campus Zagore nuncupatus iubente Amurate habitari coeptus est. etiam Philippopolis regio ab Amurate colonos accepit. at Chersonesus Hellesponti iam ante ab Sulaimano fratre colonos sortita est. Thessalia et Scopiorum, nec non Triballorum regio, qua a Philippopoli usque in Haemum et Sophiam isthoc nomine vicum patet, ab Amuratis filio Paiazite colonos nacta est; qui deinde Illyriorum et Triballorum regionem vastabat. haec loca omnia admodum opportuna fuere ad domandos hostes. postea et alii plurimi in hanc regionem confluxerunt, cum accepissent eam admodum esse idoneam recipiendis mancipiis et aliis quae hosti extorsissent, seque ibi tutissimos fore certo scientes. Paiazites in Asiam transvectus Ertzicam urbem oppugnavit, et oppugnatam suae dicionis fecit. hinc progressus Melitinen urbem Euphrati impositam omni machinarum genere arietare aggressus est: at machinis aliquantulum fortiter restitit. cum autem oppugnatione uti nullo modo intermitteret Paiazites, pactionibus in fidem recepta est.

Ἐν ᾧ δὲ ἥ τε Μελιτηνὴ ἐπολιορκεῖτο ὑπὸ Παιαζήτεω καὶ ἠγγέλλετο τῷ βασιλεῖ ὡς ἑάλω Μελιτηνή, παρόντες καὶ τότε οἱ Τούρκων τῆς Ἀσίας ἡγεμόνες ἔπραττον ὅπως κατάγοιντο ὑπὸ Τεμήρεω βασιλέως ἐς τὴν ἑαυτῶν ἕκαστος χώραν, προϊσχόμενοι τήν τε ξυγγένειαν ἀπὸ παλαιοῦ σφίσιν οὖσαν πρὸς τὸ Τεμήρεω γένος, καὶ τὴν θρηςκείαν, ἐς ἥν τε- C λοῦντες αὐτὸν πατέρα τε καὶ κηδεμόνα ἐπεποίηντο τῆς ἑαυτῶν χώρας. ἔλεγον δὲ αὐτῷ ὡς διὰ ταῦτα εἴη τε τῆς Ἀσίας βασιλεύς, ὥστε μηδενὶ ἐπιτρέπειν ἐξυβρίζειν ἐς τοὺς ὁμοφύλους, μὴ ὑπάρξαντας ἀδικίας πρότερον. ὅτι δὲ μὴ ἠδίκουν Παιαζήτην μηδὲ παρὰ τὰς συνθήκας ὅτι πεπλημμεληκότες εἶεν, ἐπετράποντο αὐτῷ διαιτητῇ, ὥστε δίκας ὑπέχειν, ἤν τι παρὰ τὰς σπονδὰς αὐτῶν κακὸν Παιαζήτην εἰργασμένοι εἶεν. Τεμήρης δὲ τέως μὲν Παιαζήτῃ πρὸς τοὺς πολεμίους σφῶν διαπολεμοῦντι καὶ ἀγωνιζομένῳ ὑπὲρ τῆς Μεχμέτεω θρησκείας. διακεκρίσθαι γὰρ ἐς δύο σύμπασαν θρησκείας τήν γε ἐγνωσμένην ἡμῖν οἰκουμένην, τήν τε τοῦ Ἰησοῦ καὶ τὴν D σφῶν αὐτῶν θρησκείαν, ἐναντίαν ταύτῃ πολιτευομένην· τὰς γὰρ λοιπὰς τῶν θρησκειῶν οὔτε ἐς βασιλείαν οὔτε ἀρχὴν ἡντιναοῦν καταστῆναι. Παιαζήτῃ τε πολεμοῦντι ἔφασκε πρὸς τοὺς τοῦ ἥρωος πολεμίους οὐχ ὅπως ἄχθεσθαι διὰ ταῦτα ἀλλὰ καὶ χάριν εἰδέναι ξύμπαντας τοὺς τῆς Μεχμέτεω μοί-

5. ὑπὸ P 7. αὐτῶν P: corr H 10. ὑπάρξαντα P: corr H
14. μὲν] addendum ἔχαιρε vel χάριν ᾔδει. 16. θρησκείαν P
18. ἐναντία?

Eo tempore quo arietes Melitinae admovebantur, nuntiatum est Paiaziti eam in deditionem acceptam esse. tunc accedentes Asianorum Turcorum duces, precibus fatigarunt regem Temirem ut singuli ab ipso in suam reducerentur regionem. quoque magis moverent, religionem communem et generis propinquitatem, qua ipsum contingerent, praetendebant, addentes se ipsum suae regionis et patrem et patronum elegisse. his adiiciebant ut cogitaret se propterea Asiae esse regem, ut nullo modo sineret sui generis homines, cum nullas facerent iniurias, a quoquam contumeliis et iniuriis affici. arbitrio autem eius permittebant, poenas daturi quascunque iussisset, si contra foedera quid in Paiazitem commisisse deprehenderentur. Temires Paiaziti non indignabatur, quia hactenus strenue res gessisset contra hostes Turcicae religionis. universi enim orbis nobis noti religio potissimum in duas dividitur partes. partim enim Mechmetanae, partim vero Christianae religioni adhaerent. reliquae autem religiones, ut inutiles, nec in regnum admittuntur nec aliquam dignitatem merentur. Paiaziti autem nihil succensebat Temires, propterea quod fortiter pugnaret pro herois Mechmetis religione: imo

ρας. ταύτην μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν ἀπεδείκνυτο γνώμην Τεμή-
ρης· μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ὑπὸ πολλῶν ἤδη παρ' ἑαυτὸν ἀνα-
βεβηκότων ἐπυνθάνετο τήν τε φύσιν αὐτοῦ μήτε ἐπιεικῆ,
ὥστε τῇ καθεστηκυίᾳ ἐθέλειν ἐμμένειν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀρχῇ,
ἀλλὰ τήν τε ὁρμὴν αὐτοῦ διεξιόντες ὡς λαίλαπα παραβάλ-
λοιεν αὐτόν, καὶ ὡς ἐπὶ Συρίαν καὶ Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ Μέμ- P. 54
φιος βασιλέα ἐν νῷ ἔχει στρατεύεσθαι, ἀναπεισθεὶς ὑπὸ τού-
των ἔπεμψε πρεσβείαν ἐς Παιαζήτην ὡς διαλλάξουσαν, ἢν
δύνηται, αὐτὸν τοῖς ἡγεμόσι, καὶ ἐπιπέμπων ἐσθῆτα, ᾗ δὴ
ᾤετο χαριεῖσθαι τῷ Παιαζήτῃ, ᾗ δὴ νομίζεται τὴν ἡγεμο-
νίαν τῆς Ἀσίας κατέχουσιν. οἱ δὲ πρέσβεις ἀφικόμενοι ἔλε-
γον τοιάδε. "ἡμᾶς ἔπεμψε βασιλεὺς Τεμήρης, δῶρά τε τήνδε
τὴν ἐσθῆτα φέροντάς σοι, καὶ χάριν εἰδέναι σοι ἔφη ὅτι
τοῖς τοῦ ἥρωος πολεμίοις μαχόμενος τούς τε ἐπὶ μέγα τε
ἡμετέρους φίλους αἰκίζεις ἀγωνιζόμενος καὶ τὴν ἡμετέραν
θρησκείαν ἐπὶ τὸ ἄμεινον καθιστᾷς. ὡς δὲ ταύτῃ σοι ἔχει B
καλῶς τοὺς ἡμετέρους ἀμύνεσθαι πολεμίους, τούς γε φίλους
τε καὶ ἐπιτηδείους καὶ ἐς τὰ μάλιστα καθισταμένους ἡμῖν
πολεμίους ποιεῖσθαι μηδὲ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἐς τούτους μὲν μηδ'
ὁτιοῦν ἐκφέρεσθαι κακὸν κἀκείνους. ἢν δὲ μὴ ἐς τοὺς ὁμο-
φύλους ἐπιτηδείως ἔχεις, πῶς ἂν τοῖς πολεμίοις προσφέροις;
διὰ ταῦτα δὴ κελεύει τήν τε ἀρχὴν τοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡγεμό-

15. αἰάζεις RT, αἰωρίζεις H 18. ἡμῖν] μὴ H 21. προσφέροιο?

censebat ab omnibus ei plurimas gratias habendas. haec eius ab initio erat sententia. ubi autem a plurimis ad se venientibus cognovit eum neutiquam aequitatis esse studiosum, nec contentum Asiae regno fore, verum cum esset vehementioris ingenii, ut facile turbini assimilaretur, expeditionem contra Syriam et Aegyptum et contra Memphiticum regem eum moliri. his persuasus legatos ad Paiazitem misit, ut eum, si aliquo modo posset, reconciliaret ducibus. misit per manus legatorum etiam vestem, ut moris est regum Asiae imperium tenentium, munus Paiaziti. legati ubi ad Paiazitem venerunt huiuscemodi orationem habuerunt. "nobis Temires legationis onus imposuit, mittens tibi vestem hanc munus; dicens se tibi gratias agere ingentes, quod herois nostri hostes magno animo debellas, et amicos semper acriter dimicando ad maiorem felicitatem producis, religionisque nostrae negotium augustius constituis. decet te profecto hostes nostros severiter vindicare: at amicos et socios nobis coniunctissimos nequaquam inimicos et hostes facere, nec iniuriis obruere, verum beneficiis eos tibi obnoxios reddere aunitaris. si enim parum dextre erga tuos affectus fueris, quomodo hostes cum gloria domabis? quapropter edicit rex Temires, Asiae imperium ducibus adem-

V. 43 σιν, ἣν ἀφελόμενος ἔχεις, ἀποδοῦναι, μηδ' ὁτιοῦν παραβαίνοντας τῶν σφίσι πρὸς τὴν σὴν ἀρχὴν ἐσπεισμένων. καὶ C ταῦτα ποιῶν ἐκείνῳ τε χαριῇ, καὶ τὸ ἐν τῇ Ἀσίᾳ γένος καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ χάριν εἰσομένους σοι διὰ τοῦτο. εἰ δέ τι παρὰ τὰς συνθήκας πεποιημένοι εἶεν, ἐπετράποντο διαιτητῇ τῷ βασιλεῖ Τεμήρῃ, ἐς ὅ τι ἂν λέγοις ὑπ' αὐτῶν ἠδικῆσθαι." τὸν μὲν οὖν Παιαζήτην διακηκοότα λέγεται τῶν πρέσβεων τὰ μὲν ἄλλα οὐ χαλεπῶς, ἀχθεσθῆναι δὲ μάλα ἐπιεικῶς διὰ τὴν ἐσθῆτα, καὶ μὴ ἀνασχόμενον εἰπεῖν ἐς τοὺς πρέσβεις "ἀπαγγείλατε τοίνυν τῷ ὑμετέρῳ βασιλεῖ, ὡς ἔμοιγε ἀγωνιζομένῳ ὑπέρ τε τοῦ ἥρωος πρὸς τοὺς ὑμῖν πολεμιωτάτους χάριν ἂν D εἰδείης σύ τε καὶ οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πρὸς τὴν ἡμετέραν τετραμμένοι θρησκείαν. καὶ σέ τε ἀντὶ τοῦ ὁτιοῦν ἡμῖν συλλαμβάνειν ἐς τὸν ἡμέτερον τοῦτον ἀγῶνα, στράτευμά τε καὶ χρήματα ἐπιπέμποντα, οὐκ ἂν δέοι δὴ τοιαῦτα ἡμῖν ἐξηγούμενον συμβουλεύεσθαι. ἀφαιρεῖσθαι δὲ πειρώμενος χώραν, ἣν καταστρεψάμενος τοὺς ἐμοὶ ἐπιβουλεύοντας ἔχω, πῶς ἂν εἰδείης χάριν ἐμοί, ᾗ ἔφησθα εἰδέναι; ἐσθῆτα τοῦ λοιποῦ ἀπαγγείλατε τῷ βασιλεῖ τῷ ὑμετέρῳ μὴ ἐπιπέμπειν ἀντὶ ἑαυτοῦ τὸ γένος καὶ τὴν τύχην ἀμείνονι." ταῦτα ὡς ἀνηνέχθη παρὰ P. 55 βασιλέα Τεμήρην ἐς Σεμαρχάνδην, τεθυμωμένον μεγάλως τῇ ἐσθῆτος ὕβρει, ἄγγελον λέγεται ἐπιπέμψαι προαγορεύοντα

5. διαίτῃ P: corr H 16. πειρώμενον P: corr H

ptum restituas, cum nihil secundum ea quae pactis convenerant, in regnum tuum deliquerint. si obtemperaveris, feceris mihi rem gratissimam, necnon Asiam Europamque incolentibus, qui tibi gratias agent immortales. sin quid contra foedera eos fecisse putas, regi Temirae eius rei iudicium mandarunt, subituri poenas iniuriarum, si quae illorum in te extant, quascunque imperaverit." Paiazitem memorant caetera non iniquo animo, quae ab legatis afferebantur, auscultasse: verum graviter offensum esse munere vestis, quam Temires miserat. hinc irritatus in hunc modum respondisse fertur. "renuntiate regi vestro, quod mihi Temires, necnon reliqui qui in Asia degunt, gratias agunt, dum me incunctanter, ut religionem nostram tuear, hostibus impigre opponam, me admodum mirari. in primis autem admirationem mihi infert, dum pecuniam et milites reliquaque ad ista certamina necessaria offert, nec tamen in huiuscemodi negotio a partibus nostris stare deprehenditur. verum in me hostilia meditatur, adimendo regionem quam meo Marte, devictis adversariis et insidiatoribus meis, in potestatem meam redegi et possideo. quomodo igitur mihi gratias habes atque agis, quemadmodum modo verbis declarasti? porro quod ad vestem attinet, regi vestro nuntiate, ne posthac et genere opibusque praestantiori huiusmodi munera mittere in animum inducat." haec ut relata sunt ad regem

τήντε ἀρχὴν ἐς τοὺς ἡγεμόνας ὀπίσω ἀποδοῦναι καὶ μὴ τὴν ταχίστην διαμέλλειν· εἰ δὲ μή, περιέψεσθαι ὡς πολέμιον. ταύτην δὲ τὴν δίκην ἔφασαν αὐτὸν βασιλέα Τεμήρην ἐπιδικάσαι, ὡς ἠδικημένοι τε εἶεν οἱ Τοῦρκοι ἡγεμόνες ὑπ' αὐτοῦ δὴ τοῦ Παιαζήτεω, καὶ μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς ἐστερημένους τῆς σφῶν ἀρχῆς περινοστεῖν κατὰ τὴν Ἀσίαν, Τεμήρεω ἔτι περιόντος. τὸν δὲ Παιαζήτην ὑπολαβόντα ἐς τὸν ἄγγελον φάναι "εἰ τοίνυν μὴ ἐπίῃ μαχούμενος ἡμῖν, ἐς τρὶς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω ἀπολαβών." τοῦτο δὴ οὖν ἐς ὕβριν φέρει τῷ γένει τούτῳ, Μεχμέτῃ ἐξορκῶσαι ἐς τρὶς ἤδη ἀπολαβεῖν B τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἂν μὴ πείθηται. τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι νόμος ἐστὶ τούτοις ἀποπεμπόμενον τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἕκαστον ἀπαγορεύειν τοῦ λοιποῦ αὖθις ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκεῖα, ὡς οὐ θεμιτὸν ὄν, ἐπειδὰν ἐς τρεῖς ἔφησε σπλῆνας διαστῆσαι τὸν γαμὸν αὐτῷ ὁ ἀνήρ, ἀρνησάμενον ἔτι ἐπὶ τὸν αὐτὸν γάμον ἐλθεῖν, εἰ μή τις τρὶς σπληνὸς ἐς μέσον ἐμβαλόντος αὖθις ἄγοιτο ὑπὸ ἑτέρου μοιχευομένην. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἤκουσεν ὁ ἄγγελος, ἤλαυνεν ὀπίσω τὴν ταχίστην παρὰ βασιλέα Τεμήρην. λέγουσι δὲ τὴν γυναῖκα Τεμήρεω δεισιδαίμονά τινα ἐς τὰ μέγιστα γεγονέναι, καὶ μὴ ἐᾶν Τεμήρην οὕτω προ- C σφέρεσθαι ἐπαχθῆ ὄντα Παιαζήτῃ, ἀνδρί τε ἐπαίνου ἀξίῳ ἐς τὴν κατ' αὐτοὺς θρησκείαν, ἀγωνιζομένῳ πρὸς τὴν τοῦ

1. τὴν ταχίστην καὶ μὴ H 2. περιόψεσθαι P 3. ἔφησεν? 14. σπλῆνας] cf. Hammer I p. 620

Temirem Semarchandam, ira graviter accensum ferunt vestitus contumelia; et statim misit praeconem qui imperaret ne quamprimum ducibus imperium restituere dubitet: se enim sic decrevisse. sin parere recusarit, se ipsum pro hoste habiturum. causam illam disceptavit rex Temires, atque talem sententiam dedit, Turcorum duces iniuriis a Paiazite esse affectos. proinde se ipsos, dum vita fruatur, haud neglecturum vagos oberrare per Asiam, exutos regno suo. Paiazites nuntium cum huiusmodi responso dimisit "nisi cum exercitu adversum nos procedat, precor ut uxorem suam ter repudiatam tandem iterum assumat" hoc quidem vergit in contumeliam Turcorum, videlicet ter uxorem suam recipere, nisi persuadeatur, quia legem habent Turci, qua cavetur ut is qui uxorem dimittit edicat se non amplius ipsam in sua admissurum, quasi id factitare haud fas sit, postquam sibi ad tres splenes matrimonium dissidisse dixerit maritus, recusans ad idem matrimonium redire, nisi quis ter splene in medium procedente, denuo ducat ab alio adulterio pollutam. haec ubi nuntius accepit, iter ad regem Temirem maturavit. aiunt Temiris uxorem admodum in rebus maximis superstitiosam fuisse, nec permisisse Temiri ut infesta arma inferret Paiaziti, viro laude digno,

Ἰησοῦ μοῖραν, ἀλλ' ἐᾶν αὐτὸν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ μὴ πρά-
γματα παρέχειν οὐ δικαίῳ ὑφίστασθαι ὁτιοῦν ἀνήκεστον ὑπ'
αὐτῶν. ὡς δὲ τὰ ὑπ' ἀγγέλου ἐλέχθη, λέγεται ἐπικαλεσάμε-
νον τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κελεῦσαι ἐναντίον αὐτῆς τὰ παρὰ του
Παιαζήτεω λεχθέντα ὑπ' αὐτῷ ἀπαγγεῖλαι. τοῦ δὲ ἀπαγ-
γείλαντος τὰ ὑπὸ Παιαζήτεω ἐπεσταλμένα, ἐρέσθαι τὴν γυ-
ναῖκα αὐτοῦ εἰ ἔτι δικαιοῖ Παιαζήτῃ ἐᾶν οὕτω ἐξυβρίζοντα.
V.44 καὶ ἀνεδήλου ὡς εἰ ἐπὶ θάτερα δικαιοῖ Παιαζήτῃ, οὐκέτι
δέοι αὐτῷ ἐκείνην συνοικεῖν τοῦ λοιποῦ· εἰ δὲ ἐπὶ θάτερα
D γένοιτο ἡ γνώμη, ὥστε ἀμύνεσθαι τὸν πόλεμον, οὕτω δὴ νο-
μίζεσθαι αὐτὴν οἱ γυναῖκα, καὶ μεταδιώκειν ὅ τι ἂν αὐτῷ
γενέσθαι ἀναγκάζειν. τὴν δὲ γυναῖκα τότε δὴ ὑπολαβοῦσαν
φάναι λέγεται "ἀλλ' ὅτι μέν, ὦ βασιλεῦ, ὑπὸ ἀφροσύνης κα-
τεχόμενος, συμφορᾷ χρώμενος τοιᾷδε, οὐκέτι ἔμπεδον ἔχει
τὸν λογισμὸν ἐκεῖνος ἀνήρ, δῆλά ἐστι, καὶ ἔμοιγε ταύτῃ κα-
ταφαίνεται εἶναι, καὶ ἠπιστάμην ὡς ἐκεῖνον σὺν δίκῃ τισά-
μενος σωφρονεῖς τε ὡς μάλιστα, καὶ ἐνδείξῃ αὐτῷ οἵῳ ὄντι
σοι οἷος ὢν ἐκεῖνος τοιαῦτα ἐπιπέμπει. ἐκεῖνο μέντοι σαφῶς
P.56 ἐπίστασο, ὡς οὔτ' ἂν ὑπὲρ τοῦ ἡμετέρου ἥρωος ἀγωνιζομένῳ,
ἔστε τοὺς Ἕλληνας καὶ ἐς τὰ ἄλλα τὰ ἐς τὴν ἄλλην ἤπει-
ρον ἔθνη, ὑπάρξαι πόλεμον ἐς ἐκεῖνον οὔτε θέμις ἡγησάμην
ἔγωγε εἶναι. ἢν δέ τι ἐκεῖνος ἀφροσύνῃ μὴ διασκοπῇ, οὐ

2. δικαιῶν P 12. ἀναγκάζοι RT

qui magna cum gloria pro Mechmetis religione contra Christi fidem dimicarit. verum monuisse regem ut virum tantum quiescere patiatur, nec ei negotia facessat, qui non commeruerit ut aliquid mali ab eiusdem religionis consortibus accipiat. ut nuntius Temiri mandata explanavit, uxorem suam vocavit, nuntiumque eadem, ipsa audiente, recensere iussit. qui cum dicto paruisset et Paiazitis mandata exposuisset, aiunt Temirem interrogasse uxorem suam, an adhuc iustum esse censeat Paiazitem iniuriis certantem missum facere et sinere tales impune ferre. et sane manifestus erat, etiamsi ad priorem inclinasset uxor sententiam, bellum inferre Paiaziti. sic enim se legibus uxori coniunctum esse dicebat, ut testaretur se illius iniurias vindicaturum, quicquid tamen patiendum foret. uxor autem eo tempore tale responsum dedisse dicitur. "verum, o rex, quod ille vir furit, talique morbo implicitus non amplius ratione recte fruitur, notum est cum aliis tum mihi, quae modo eius audivi responsum. profecto si istum virum iure ultus fueris, prudenter fecisse videberis; eique hoc modo ostendes qualis ipse existens quali viro adeo foeda nuntiet. hoc quidem tibi perspectum esse volo, quod contra eum virum, qui pro nostro heroe bella gerit contra Graecos et con-

δίκαιόν ἐστιν ἐπιτρέπειν ὑβριστῇ τοιούτῳ μέγα φρονεῖν. ἀλλ' ἴθι δὴ ἐπὶ τὸν πόλεμον, μήτε αὐτὸς μαχεσάμενος, ἀλλὰ πόλιν αὐτοῦ Σεβάστειαν ἢν καθέλῃς, ἱκανῶς τετιμωρημένος ἔσῃ ὑπέρ τε τῆς ἐν τῷ Εὐφράτῃ πόλεως Μελιτηνῆς καὶ ὑπὲρ τῶν ἡγεμόνων τῶν παρ' ἡμῖν διατριβόντων."

Οὕτω μὲν οὖν ἤλαυνε Τεμήρης ὁ βασιλεὺς ἐπὶ Παιαζήτῃ, προκαλεσάμενος αὐτὸν ἑκὼν εἰς τὸν πόλεμον. φασὶ B μὲν οὖν τινὲς ὡς Τεμήρης διὰ μὲν τὴν Μελιτηνὴν καταβὰς ἐπὶ Σεβάστειαν, καὶ ἐπείτε καθεῖλε τὴν πόλιν ταύτην, τότε δὴ πρεσβεύεσθαι πρὸς Παιαζήτην περί τε τῶν ἡγεμόνων, ὥστε τὴν χώραν αὐτοῖς ἀποδιδόναι, καὶ τὴν τοῦ βουτύρου αἴτησιν καὶ σκηνῶν. ᾐτεῖτο γὰρ αὐτόν, ᾗ λέγεται, βουτύρου μὲν καμήλους δισχιλίους, σκηνὰς δὲ πιλίνους, αἷς χρῶνται οἱ νομάδες, δισχιλίας, καὶ αὐτὸν ἐν τοῖς ναοῖς αὐτοῦ διαμνημονεύειν ὡς βασιλέα, καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ ἐπὶ τὰς Τεμήρεω θύρας ἰέναι, καὶ νομίσματα δὲ αὐτοῦ ἐς τὴν χώραν αὐτοῦ νομίζεσθαι. ταῦτα δὲ τὰ ἑπτὰ αἰτήματα γενέσθαι αὐτῷ αἰτούμενον Τεμήρη φασὶ μετὰ τὴν τῆς Σεβαστείας C ἅλωσιν. καὶ τότε δὴ καὶ τὸν Παιαζήτην θυμωθέντα μεγάλως ἐπιστεῖλαι ἐκείνῳ τὰ περὶ τὴν γυναῖκα. Τεμήρης μέντοι ὥρμητο ἐπὶ Παιαζήτην, ὡς τήν τε χώραν αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καταστρεψόμενος καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβησόμενος, μὴ ἐπισχεῖν πρότερον ἀναχωροῦντα, πρὶν ἢ ἐπὶ τοῖς τέρμα-

tra alias Epiri gentes, bellum suscipere haud quaquam fas esse duxero. sin mihi stulte illudit, non arbitror iustum esse ut eas contumelias inultas abire sinamus. proinde bellum viro illi indicito, nec tamen ipse pugnaturus: verum si eius urbem Sebastiam dirueris, satis cum ultus fueris propter urbem Melitinem Euphrati impositam et propter duces, qui apud nos aetatem agunt."

His in istum modum peractis arma cepit bellum gesturus cum Paiazite, quem sua sponte ad bellum provocabat. quidam perhibent Temirem transita Melitine venisse Sebastiam; et postquam eam urbem subegisset, legatos misisse ad Paiazitem, petitum ut ducibus regionem restitueret. iisdem mandavit ut butyrum et tentoria flagitarent. postulabatur butyri tantum quantum duo milia camelorum ferre possent. praeterea petebantur tentoriorum pileatorum, cuiusmodi utuntur pastores, duo milia. ad haec volebat ut per omnia templa, quae essent in regione Paiazitis, rex publice pronuntiaretur. filium Paiazitis in suis ianuis morari cupiebat. his addebat ut in regionem suam Temiris numisma admitteret eoque solo uteretur. septem istas petitiones, Sebastia capta, Paiaziti obtulit. Paiazites his graviter accensus iussit Temiri quae antea de uxore eius recensui-

σιν αὐτῆς γένηται, ἔστε ἐπ' ὠκεανὸν ἐλαύνοντα τὸν περὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας, ἔνθα ἐπύθετο πορθμὸν ὡς βραχύτατον διείργειν τήν τε Εὐρώπην καὶ Λιβύην, ὅθεν ἐς τὴν Λιβύην περαιουμένῳ, καὶ ταύτην τῆς οἰκουμένης μοῖραν οἱ ὑπαγομέ- D νῳ, ἐπ' οἴκου ἐντεῦθεν κομίζεσθαι. ταῦτα μέντοι Τεμήρης ἐπενόει τε μεγάλα καὶ ἐς τύχην μᾶλλόν τοι ὑπὸ θεοῦ δεδομένην ἀφορῶντα· Παιαζήτης δὲ ἄρα ἐλογίζετο ἐπιόντα ἀμύνεσθαι, ἀπό τε τῶν παλαιῶν συμβαλλόμενος, ὡς οὐδέποτε τῆς γε Εὐρώπης οἱ τῆς Ἀσίας βασιλεῖς ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις περιγένοιντο πώποτε, ἀλλὰ καὶ ὡρμημένους ἐπὶ τὴν Ἀσίαν τῷ τε βασιλεῖ ἀφῃρῆσθαι τοὺς τῆς Ἀσίας ἡγουμένους. ταῦτα διασκοπούμενος μέγα τε ἐφρόνει, καὶ ᾤετο ἐν βραχεῖ πολέμῳ ἅμα καθαιρήσειν τὴν Τεμήρεω βασιλείαν.

V. 45 Ἐνταῦθα δὲ γενομένῳ μοι, καὶ τὴν ἐπὶ Παιαζήτη πρώ- P. 57 την τε καὶ δευτέραν ἔλασιν Τεμήρεω βασιλέως κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον γενομένην διασκοπουμένῳ, ἐπῄει λογίζεσθαι ὡς ἐπὶ μέγα ἀφίκοιτο δυνάμεως τὰ τῶν Τούρκων πράγματα, παρέχοιτ' ἂν εἰς τὴν ἑσπέραν ἀναστρέφεσθαι, μὴ οὕτω παραχρῆμα ἐπιδιδόντος ἀνεκόπτετο ὑπὸ Τεμήρεω βασιλέως. οὔτε γὰρ ἂν δίχα γενομένης τῆς βασιλείας Ὀτουμανίδων καὶ ἐπὶ διαφορὰν σφίσι καθισταμένων ἐφθείρετο ὑπ' ἀλλήλων τὰ

18. μὴ] εἰ μὴ H 19. οὕτω γὰρ ἄνδιχα H

mus explicari. Temires itaque arreptis armis contra Paiazitem, animo agitabat eius regionem in Asia sui iuris facere et exinde in Europam transgredi. nec prius redeundi erat animus quam limites eius attigisset, progrediendo usque ad Oceanum, qui est prope Herculis columnas. ibi enim esse traiectum maris angustissimum acceperat, distinguentem Europam a Libya. hinc igitur in Africam transmittere decreverat, qua in dicionem recepta domum tum demum remeare statuerat. haec quidem Temires animo volvebat: verum postulabant maiorem fortunam quam Temiri a deo concessa foret. Paiazites vero in spem erectus erat, se facile victurum Temirem hostili animo accedentem. spem istam faciebat coniectura, quam ab antiquis ducebat temporibus, quae confirmabat Asianos reges nunquam quivisse devincere Europam, verum Europae homines in Asiam progressos regem suis principatibus spoliasse. haec animo secum versans ingentes concipiebat spiritus, tanquam brevissimo bello etiam Temiris regnum disiecturus.

Cum huc usque sermonis serie sim tractus, cogitemque primam et secundam Temiris regis expeditionem, nec non mala quae istis temporibus contigere, cogitatio subit Turcorum res incredibile incrementum assumere potuisse, si versus Occidentem ire cupientes non inhibiti fuissent a rege Temire. nec enim, si seditione regnum Oto-

πράγματα αὐτῶν, ὄλεθρον μέγιστον δὴ τῶν μνήμῃ πώποτε ἐπενεγκόντα, ὡς μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Παιαζήτεω συνηνέχθη γενέσθαι ἐς τοὺς παῖδας, ἀλλήλοις διαφερομένους, καὶ τὴν χώραν ὑπ' ἀλλήλων δῃουμένην ξυμφορὰν τῷ γένει ἐπινεῦσαι B ὅσην δὴ βαρυτάτην καὶ χαλεπωτάτην. νῦν δὲ ἐς ὑπερφυᾶ δύναμιν ἀφικόμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐγένετο Παιαζήτῃ σωφρονισθῆναι, ὥστε ἐπὶ τὴν βασιλείαν μεγάλα φρονεῖν.

Ὅθεν βασιλεὺς Τεμήρης ὁρμώμενος ἐπὶ τὰ τῆς Ἀσίας ἀφίκετο πράγματα καὶ ἐπὶ τὴν τῆς Σεμαρχάνδης βασιλείαν κατέστη, τῇδε ἄν μοι διεξιόντι ἐπίδηλα γένοιτο. λέγεται μὲν πολλαχῇ τοῦτον ἀπ' ἐλαχίστου ὁρμώμενον κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐπὶ μέγα χωρῆσαι δυνάμεως.

manidarum arsisset et mutuis discordiis ipsi inter se concertassent, in adeo grave exitium res vergere potuissent, ut contigisse constat defuncto Paiazite, cum eius filii foede inter se contenderent regionemque invicem vastarent; unde maximam et gravissimam Turcorum genti calamitatem invexere. nunc autem cum ad augustissimam dignitatem a deo Paiazites fuerit evectus, contigit ut aliquantulum molestiarum experiretur, quo magis tandem modestiae memor esset.

Propterea enim ad Asiae regnum emersit rex Temires et Semarchandae regno potitus est. quae singula ut evenerunt, me commemorante accipietis. fama est hunc virum ab minimis et perobscuris principiis profectum, magnam sibi potentiam in Asia peperisse.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE
ATHENIENSIS
HISTORIARUM
DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM
LIBER TERTIUS.

P. 58 Τεμηρεω μέντοι ἡ πρώτη ἔλασις ἐγένετο ἐπὶ Σεβάστειαν, πό-
V. 46 λιν τῆς Καππαδοκίας εὐδαίμονα. ὡς γὰρ ἠγγέλλετο οὐδὲν ὑγιὲς
Παιαζήτεω εἶναι ἔστε ἐπὶ τῶν τῆς Ἀσίας ἡγεμόνων Τούρκων
καὶ ἐς τὴν πρὸς τοὺς ἡγεμόνας διαλλαγήν, οὓς τὴν χώραν
σύμπασαν ἀφελόμενος ἐξήλασεν. ὡς γὰρ δὴ ἐπιπέμποντι οὐ-
δὲν ἐπὶ πλέον προυχώρει ὧν ἐπέστελλεν αὐτῷ, ἀλλ' ἑώρα τε
ἐς πολλά τε ἄλλα καὶ βλάσφημα ἐξενηνεγμένον, παρεσκευά-
ζετο ἐλαύνειν ἐπὶ Σεβάστειαν. ἀρχὴ δὲ αὐτῷ, ἥ τε ἐπὶ τὴν

Temiris expeditio prima adversus Sebastiam Cappadociae urbem opulentam suscepta est. nam cum accepisset Paiazitem parum pacato esse animo erga duces Asiae, Turcorum genere natos, nec voluisse cum his in gratiam redire, postquam eos omnes suis fortunis expulisset; praeterea cum saepius legatis missis nihil aequi impetrare posset, verum audiret istum usque contumelias sonare, haud cunctandum ratus bello Sebastiam adortus est. primordia autem regni

ἀρχὴν πάροδος, καὶ ὡς τὸν μὲν πολεμῶν τὰ δὲ καὶ σπενδόμενος δέει τῷ ἀμφ' αὐτὸν ξύμπασαν ὑπηγάγετο ἑαυτῷ τὴν Ἀσίαν, ὧδε αὐτῷ ξυμβῆναι ἐπυθόμεθα. P. 59

Οὗτος μὲν δὴ ὁ Τεμήρης ἐγένετο πατρὸς Σαγγάλεω, ἀνδρὸς ἰδιώτου, ὅς ἐπεί τε ἠγάγετο τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, λέγεται ξυμβῆναι αὐτῷ τοιόνδε. ὡς ἐγένετο Τεμήρης, τήν τε τῆς πόλεως φορβὴν ἐπιτετραμμένος ἱπποφορβός τε ἦν, καὶ τοῖς τε περὶ αὐτὰ δὴ τὰ χωρία τὰς φορβὰς ἐπινεμομένοις συνιὼν τε καὶ διαλεγόμενος συνέθετο αὐτοῖς, ὡς ἀπὸ κλοπῆς σφίσιν, ἢν δύνωνται, χρημάτων κτῆσιν ποιησόμενοι ἐπ' ἄλλην ἴωσι χώραν· καὶ δεινὸς κλέπτειν γενόμενος ἵππους τε καὶ ὑποζύγια καὶ προβάτων πλῆθος ἐδηδοκέναι. οὐδὲν ὑγιὲς ἦν αὐτοῦ τὸ παράπαν. καί ποτε ἐπὶ μάνδραν λέγεται ἀναβῆναι, καὶ ὀφθέντα ὑπὸ τῶν δεσποτῶν τοῦ οἴκου ἅλλεσθαι δὴ ἅλμα B μέγιστον ἀπὸ τοῦ τείχους τῆς μάνδρας ἐς τὴν γῆν· τά τε γὰρ ὑποζύγια καὶ κτήνη ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ περιβάλλεται τείχει, ὡς μέγιστα εἶναι καὶ μὴ ἀναβῆναι εὐπετῆ. ὡς δὲ ἥλατο, ἐπιτριβῆναί τε αὐτῷ τὸν πόδα, καὶ χωλὸν γενέσθαι τὸ ἀπὸ τοῦδε. λέγεται μὲν οὖν ὡς μαχόμενον πληγῆναί τε τὸν πόδα καὶ χωλεύοντα διαγενέσθαι τὸ ἐντεῦθεν. μάχης δὲ γε-

4. πατρὶ P: corr H   6. ὡς] ὡς γὰρ B, ὡς δὲ T et R alter   10. ποιησάμενοι?   11. δεινῶς P: corr H   12. ἐληλακέναι?   16. τείχη?

haec erant, ut bellum gerens Paiazitem domaret, reliquos vero metu perculsos in dicionem redigeret, nec prius bello abstineret quam totius Asiae dominium acquisivisset; quae quidem omnia accidisse cognovimus.

Hic Temires fuit filius Sangalis viri privatam vitam agentis; cui, ubi duxit uxorem, tale quid accidisse comperimus. Temires cum esset adultus iamque per aetatem isti officio idoneus foret, deferentibus oppidanis oppidanorum equorum curam nactus est. tandem in colloquium veniens cum reliquis istius regionis pastoribus, effecit ut inter se coniurarent se velle furtis colligere opes et deinde ad aliam confugere regionem. Temires cum furandi foret peritissimus, plurimos equos et iumentorum oviumque multitudinem immensam nactus est; neque quicquam integri aut satis sani in isto homine erat. ferunt eum quondam, ut pecoris stabulum intrare posset, conscendisse murum; animadvertentemque se esse visum a patrefamilias, desiliisse in terram (solent enim homines in ista regione iumenta et pecora muris circumdare altissimis, quae difficulter ascendi possint), quo casu fregisse crus, et hinc claudicationem contraxisse. nec desunt qui perhibeant eum fortiter pugnam cientem, vulnere in pedem accepto, claudicare coepisse. praelio autem facto cum finitimis profe-

νομένης πρὸς τοὺς περιοίκους, ἐλαύνοντα αὐτόν τε ἅμα καὶ οἳ συνέθεντο τὴν ἀρχήν, τὴν ἵππων φορβὴν οἴχεσθαι ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἐντεῦθεν προσλαβόμενον ὅτῳ ἂν περιτύχοι, καὶ ἀναπείθοντα κατασχεῖν χώραν τε τὴν ἐρυμνήν, καὶ ὡς C ἐν ἐπιτηδείῳ ἔχοιεν πρὸς λῃστείαν. ἐντεῦθεν δὲ ὁρμώμε- V. 47 νον λῃστεύειν τοὺς διιόντας καὶ κατακρίνειν ἀφειδῶς. καὶ χρήματα ἐπικτησάμενον ἑταίρους τε προσκτήσασθαι αὐτῷ ἄλλους τε δὴ καὶ ἄνδρε δύω, Χαϊδάρην τε καὶ Μυρξίην. τὸ γένος, ᾗ δὴ λέγεται, γενέσθαι τούτοιν Μασαγέται. τούτοιν δὲ ἑκατέρῳ προσχρώμενον περιτυχεῖν τε τοῖς πολεμίοις ληιζομένοις τὴν χώραν, καὶ τρεψάμενον ἐπεξελθεῖν διαφθείραντα τοὺς ἱπποδρόμους τῶν ἐναντίων. τῆς δὲ φήμης ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλθούσης, ἐπιτρέψαι τε αὐτῷ στρατιωτῶν μοῖραν οὐκ ὀλίγην καὶ χρήματα, ὥστε θεραπεύειν τοὺς στρατιώτας. D καὶ δὴ τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐπεγείραντα τὴν σὺν αὐτῷ στρατιὰν καὶ ἐξοτρύνοντα ἀμφὶ τῇ πολεμίων ἔχειν χώρᾳ, ἀνδράποδά τε καὶ ὑποζύγια ὡς πλεῖστα ἀπάγοντα ἐς τὴν πόλιν. τὸν δὲ βασιλέα Μασαγετῶν ἐνιδόντα τοῦτο ἐς τὸν Τεμήρη, ἀξιοῦντα παρ' ἑαυτῷ τιμῆς τῆς μεγίστης, καὶ στρατηγὸν ἀποδεδειχέναι ξυμπάσης ἤδη τῆς ὑπ' αὐτὸν στρατιᾶς. καὶ ἐντεῦθεν δὴ δρόμους τε ἀνύσαι μεγίστους τῶν πώποτε γενομένων σὺν τῇ στρατιᾷ ὥστε καταλαμβάνειν τοὺς πολεμίους ἄφνω ἐπιπίπτοντα αὐτοῖς καὶ διαφθείραντα τὸν ἐκείνων στρατόν. καὶ δὴ καὶ

5. ὡς ἂν ἐπιτηδείως? 7. ἑτέρους P 17. ἐπάγοντα P

cti sunt pastores, qui ab initio convenerant, duce Temire contra hostes, rapientes quaecunque casus obtulisset. consilium dedit ut caperent locum latrociniis et furtis commodum, in quem quasi in munimentum tutissimum sese receptarent. hinc profectus latrocinando crudeliter grassatus est in praetereuntes, nulli parcere statuens. corradens autem magnam pecuniae vim ex istiusmodi latrociniis, alios viros duos in societatem pellexit, Chaidarem et Myrxiem, quos Massagetas fuisse accepimus. quibus Temires adiutus irruit in hostes regionem depraedantes, eos fugavit, hostium equitatum universum perimens. fama huius ut in urbem delata est, cives non modicam manum ei tradiderunt, addentes etiam pecuniam, qua militum animos conciliare posset. deinde in hunc modum instructus, suos confirmans et incitans, in hostium regione versatus est, mancipia et iumenta plurima mittens in urbem, quae hosti extorserat. rex Massagetarum, explorata viri virtute, eum in maximo honore habuit: nam imperatorem declaravit, universosque suos exercitus ei commisit. qui acceptis copiis regis mirabili celeritate usus est in devincendis hostibus, subito in eos incidens atque temporis momento omnes perdens.

ἐς χεῖρας ἐλθόντα τοῖς ἐναντίοις φασὶν αὐτὸν μαχεσάμενον τρέψασθαι, καὶ ἐπιδιώκοντα ἐλάσαι τε ἐς Βαβυλῶνα, τὸ Παγ- P. 60 δάτιν οὕτω καλούμενον, καὶ πολιορκοῦντα μεταπέμψασθαι τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην βασιλέα. μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολὺν χρόνον τελευτήσαντος τοῦ βασιλέως, γῆμαί τε τὴν γυναῖκα τοῦ δεσπότου αὐτοῦ καὶ ἐς τὴν βασιλείαν καταστῆναι. ὡς δὲ ἐς τὴν βασιλείαν ἀφίκετο, ἐπιὼν τό τε Παγδάτι καὶ τὸ Σαμαρχάνδι ἐπολιόρκει. καὶ οὐ πολὺ ὕστερον, ὡς ἔξοδον ποιησάμενοι οἱ τῆς πόλεως οὐδὲν πλέον ἔσχον ἀλλ' ἡττημένοι ἐσῆλθον ἐς τὴν πόλιν καὶ ἐπολιορκοῦντο, προσεχώρησαν αὐτῷ καθ' ὁμολογίαν. ὡς ἐπὶ τὴν τῆς Σεμαρχάνδης ἀρχὴν παρεγένετο, προδοσίαν συνθέμενον τοῖς ἐν τῇ Βαβυλῶνι αὐτόν, Χαϊδαρῇ ἐς τοῦτο χρησάμενον ὑπηρέτῃ. τὸν μέντοι B Μυρξίην ἄνδρα ἐπιεικῆ τε ἅμα καὶ συγκιρνῶντα τὸν Τεμήρεω, θυμοῦ κατέχειν ἐμφερόμενον ἐφ' ὅ τι ἂν ἡγήσαιτο, μὴ προσήκειν αὐτῷ τὴν ἀρχήν. ἐξηγεῖσθαί τε αὐτῷ τὴν ἐς τὰ συσσιτήρια Τεμήρεω ἐσήγησιν. τήν τε γὰρ στρατιὰν αὐτῶν ξύμπασαν Μυρξίεω ὑποτιθεμένου ἐπιδιελόμενος ὁ Τεμήρης ἔστε δεκάρχας καὶ λοχαγοὺς καὶ δὴ καὶ ἐνωμοτίας, τὸν δεκάρχην παρεγγύα δίαιταν παρεχόμενον τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ στρατιώταις παρεῖναι αὐτίκα τῷ λοχαγῷ, τὴν ταχίστην παρεχόμενον τοὺς στρατιώτας, ἐπειδὰν παραγγέλῃ, τοὺς δὲ αὖ παραγενομένους τῷ σφετέρῳ. γενομένους δὲ ἐς τὰ συσσίτια, οὐδένα C

Temires, ubi ad manus ventum erat, hostes terga vertere coegit; ipseque fugientes insecutus compulit in Babylonem Pogdatim nuncupatam, quam obsidione cingens dominum suum regem accersivit. dehinc tempore modico interiecto rex mortuus est, eiusque uxorem viduam connubio sibi iunxit Temires, regnique regimen sortitus est. cum autem iam pro rege se gereret, Pogdatim et Semarchandam oppugnavit. nec multo post cum oppidani in militum stationes excurrerent, nec vincerent, verum vincerentur, reversi in urbem gravissima obsidione affligebantur. quam cum tolerare amplius non possent, pactionibus intercedentibus se Temiri dediderunt. cum in potestatem venisset Semarchanda, proditionis consilia iniit cum iis qui erant in Babylone, usus ad eam rem ministro Chaidare. Myrxes vir extitit aequi studiosissimus; adhortabaturque Temirem ut iram supprimeret, nec ad rem conferre pararet quae ipsa dictaret. non ipsi convenire imperium Babylonis. hinc etiam Temirem edocuit syssitiorum rationem. nam universum suum exercitum secernens Temires in decumas et manipulos et cohortes, iubebat decurionem praebentem suis alimenta continuo, quandocunque usus postularet, praesto esse cum suis militibus, eosque manipulorum duci tradere. hos praeterea vo-

λείπεσθαι ὅτῳ μὴ εἴη χῶρος αὐτῷ ἀποδεδειγμένος. καὶ τήν τε ἀγορὰν σιτίζεσθαι ἐκέλευε κατὰ τὰ δεδογμένα ἐπὶ τοῦ λοιποῦ στρατεύματος. κινεῖν δὲ τούς τε ἄρχοντας αὐτῶν ἑκάστους θαμὰ ἐπὶ τὰ ὑπὸ τῶν μεγάλων στρατηγῶν παραγγελλόμενα, ὥστε ξυμβαίνειν κατάσκοπον εἰσιόντα ἐς τὸ Τεμήρεω στρατόπεδον λεληθέναι πώποτε, οὔτε ξένον, ὃς ἂν παρὼν τυγχάνῃ ἐν τῷ στρατοπέδῳ. τούτους δὲ αὖ ἀνδρὶ ἑτέρῳ ἐπιτετράφθαι, καταλύειν παρ' ἑαυτῷ τοὺς ξένους, εἰ τυγχάνοιεν παραγενόμενοι ἐς τὸ στρατόπεδον σίτου δεόμενοι. ὥστε νεύματι τοῦ μεγάλου βασιλέως κινεῖσθαι πάντα δὴ τὸν στρατόν,
D ἐφ' ὅ τι ἂν γένοιτο, καὶ ἐκείνου δὴ ἄγοντος τὰ πάντα ἐφ' ἑνὶ συνθήματι ἰέναι αὐτίκα ἐν τάχει παραγενόμενος, ἐπὶ τὴν χρείαν καθίστασθαι αὐτίκα μάλα ἰόντα. ἑσπέρας δὲ γενομέ-
V. 48 νης, ὁπότε τὸ σύνθημα λαμβάνοιεν οἱ στρατιῶται ὑπὸ τοῦ μεγάλου ἡγεμόνος, θεῖν δρόμῳ αὐτόν τινα ἕκαστον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν ἐς τοὺς συσκήνους ἰόντα. γενομένων δὲ ἐν ταῖς σκηναῖς τῶν στρατιωτῶν, τὰς φυλακὰς περινοστεῖν τε τὸ στρατόπεδον, εἴ τινα τόπον ἴδοιεν ἐκτὸς τῶν σκηνῶν γενόμενον, τοῦτον λαβόντες ἐτιμωροῦντο. εἰ δέ τις κατάσκοπος παρὼν τύχῃ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, οὐκ ἔχων ὅποι τράποιτο, λεί-
P. 61 πεσθαι ἐκτὸς τῶν σκηνῶν καὶ οὕτως αὐτίκα ἁλίσκεσθαι. ταύτῃ

5. ξυμβαίνειν οὔτε κατ.? 16. ἐν om P

lebat, ubi aditi fuissent manipulorum duci, suo parere singulos ductori. cum venissent in syssitia, nullus erat cui non esset locus designatus. cibum mercari iussit in reliquum exercitum, iuxta ea quae communi consensu decreta fuerant. imperavit ut singuli duces minores frequenter, sicut praeciperent maiores duces, suos monerent, ne eos otio torpescere sinerent. hinc contigit ut nullus explorator vel peregrinus aliquis clam in Temiris castra penetrare et in iisdem morari posset. ordinavit virum, cui hoc negotii imposuit ut peregrinos, si qua re indigerent, advenientes hospitio exciperet. qua propter haec diligens disciplina effecit, ut universus iste exercitus ad nutum et arbitrium regis, quocunque vellet, facile moveretur, eoque ducente exciti uno signo confestim advolarent, parati se regi utendos dare quacunque in re voluisset. vespera appetente, accipientes signum a duce suo magno, singuli maturant iter ad tentoria et ad contubernales suos. ubi autem milites in tentoria sua se receperunt, vigiles ad hoc creati in castris oberrant, si quem inveniant extra tentoria morari. si talis occurrerit, eum capientes supplicio capitali subdunt. si autem quis explorator accesserit in castra, is, ut cui nullus sit ascriptus locus, extra tentoria cubare cogitur. proinde rerum omnium ignarus, dubiusque quo se vertat, continuo a vigilibus in vincula ducitur. hic modus et haec est forma syssitiorum regis. Chaidares re-

μὲν δὴ λέγεται γίνεσθαι τὰ Τεμήρεω συσσίτια· Χαϊδάρην δὲ τόν γε ἑταῖρον αὐτῷ ὀξύν τε ἐς τὸ ὑπηρετεῖν αὐτῷ τὰ δέοντα γεγονέναι, ἐποτρύνειν τε αὐτὸν βασιλέα ἐπὶ τοὺς πολέμους, μηδαμῇ ἐς ῥαστώνην τρεπόμενον.

Λέγουσι δὲ Μυρξίην, ἐπείτε παρέλαβε τὴν Σεμαρχάνδης βασιλείαν, διαχρήσασθαι τρόπῳ τοιῷδε. ἐπεί τε σὺν τούτοις ἅμα περιιὼν Τεμήρης λῃστής τε καθειστήκει καὶ ἐχρηματίζετο, διαλεγομένων ἐπ' εὐτυχήματι τῶν ἑταίρων, καὶ εὐφημιζόντων Τεμήρην ὡς ἐν βραχεῖ ἤδη ἐς τὰ Σεμαρχάνδης βασίλεια παρεσομένου, ὑπολαβὼν ὁ Μυρξίης "ἀλλ' ὦ τᾶν" ἔφη, B
"τοιαῦτά ἐστι τὰ Σεμαρχάνδης βασίλεια ὥστε οὐκ εὐπετῆ χειρωθῆναι ὑπὸ Τεμήρεω, ἀνδρὸς λῃστοῦ καὶ ἰδιώτου. εἰ δ' εἴη ποτὲ τοῦτο αὐτῷ γενέσθαι ὥστε ἐπὶ τὴν Σεμαρχάνδης ἀρχὴν περιέναι, μὴ ἔτι περιιὼν διαγενοίμην, ἀλλὰ τεθναίην αὐτίκα ἐψευσμένος." ταῦτα μὲν σπουδῇ ἐῴκει ὑποδείκνυσθαι, συντυχίᾳ δέ τινι οὐκ ἀγαθῇ χρήσασθαι ἐς τὸ ἀπόφθεγμα. χρόνου δὲ ἐπιγινομένου, ὡς ἐς τὴν ἀρχὴν παρεγένετο τῆς πόλεως, τιμῆσαι μὲν ἀρετῆς ἕνεκα ὑπὲρ τὸν Χαϊδάρην, φάσκοντα δὲ αὐτῷ ὡς ἐκεῖνο δὴ τὸ ἔπος ἐπὶ μαρτύρων ἄλλων εἰρη- C
μένον αὐτῷ δέοι μεταδιώκειν, ὅπερ διισχυριζόμενος ὑπέλαβεν ἑαυτὸν θανάτῳ, ἀναμιμνήσκων ὡς εἴπερ ἐς τὰ Σεμαρχάνδης βασίλεια παραγένοιτο, ψευσθείη τε αὐτὸς τῆς γνώμης, ἔνοχος

20. ὑπέβαλεν? 21. ἐς om P

gis amicus laborumque socius, ei admodum diligenter in necessariis ministrare novit. regem quoque incitare nunquam destitit ut bella aggrederetur plurima, ne otio et quiete corrumperetur.

Aiunt Myrxiem, antequam Temires ad Semarchandae regnum evasisset, tale quippiam fecisse. cum Temires cum suis oberraret, latrociniis gaudens, accidit ut familiares Myrxiis de felice rerum Temiris successu dissererent, eoque tandem venirent ut dicerent eum brevi etiam Semarchandae regnum consecuturum. at Myrxies respondit "regnum Semarchandae firmius est quam ut occupari possit a latrone et privato homine. sin aliquando contigerit ut Semarchandae regno iste potiatur, precor non amplius superstes maneam, sed confestim ut mendax obtruncer." haec quidem serio, non ioco locutus est. nec tamen satis prosperum sermo ille habuit eventum. deinde tempore interposito, cum urbis regimen Temires esset adeptus, honores maiores Myrxies quam Chaidares apud regem invenit. hinc commotus Chaidares dixisse fertur tempus iam esse ut sermo ille quem locutus fuerat Myrxies, ad rem conferatur: extare enim eius sermonis testes plurimos. ut igitur sermo ille effectum sortiretur, Myrxiem capitali supplicio subdi iussit Temires, in memoriam redi-

εἴ του θανάτου ὑπὸ Τεμήρεω. διηπόρει τε ὅπως ἂν αὐτῷ θεραπεύοιτο τὴν δεξιὰν παρασχόντι τῷ βασιλεῖ, ἰδιώτῃ τότε ὄντι, μὴ παραβῆναι τὴν συνθήκην. ἔλεγε δὲ πρὸς Μυρξίην τοιάδε. "οἶσθα, οἶμαι, ὦ Μυρξίη, σύ τε καὶ σύμπαντες οἱ ἄλλοι, ὅσοι ἐπὶ τήνδε τὴν ἀρχὴν τὰ πράγματα προηγάγομεν.
D δύο τούτω ὡς μάλιστα ἡμῖν ἐπιβεβαιωσάμενοι ἐπὶ τὴν βασιλείαν παρήειμεν, σπουδήν τε ἅμα ὡς οἷόν τε μεταδιώκοντες, καὶ ἐμπεδοῦντες ἡμῖν ὅ τι ἂν συνθέμενοι τοῖς τε ἐπιτηδείοις καὶ ἐναντίοις, οὐχ ὅπως δὴ ὅρκῳ, ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἐψηφισμένοι ὦμεν αὐτοῖς, ὡς οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ὂν ἀσφαλέστερον οὐδὲ ἐχυρώτερον ἔρυμά τε καὶ ὅπλον ἐς τὸν βίον τόνδε ἀνθρώπῳ ἢ συμφώνῳ τε εἶναι ἐς τὰ πάντα καὶ μὴ διαφωνοῦντι φρονεῖν ἄλλοτε ἄλλως, ἐπειδὴ πολλάκις ἔφαμεν τούτῳ μόνῳ ἴσχειν ὁμοιότητα τῷ θεῷ. ὅτου δ' ἂν τῶν ἀνθρώπων μηδὲν
P. 62 ὑγιὲς εἴη λέγοντος, πῶς ἂν δὴ πράττοντος εὖ γένοιτ' ἂν πώποτε αὐτῷ; μέμνησο δὲ ὡς ἐμοῦ τῆς δεξιᾶς λαβόμενος ἔφησθα τεθνάναι ἕτοιμος εἶναι, εἰ ἐπὶ τὰ βασίλεια πάριμεν. καὶ ἐπὶ μαρτύρων δὲ τοῦτό σοι εἰρημένον συνθέσθαι. ὥρα οὖν
V. 49 σοι τά τε λεχθέντα ἐπιτελέσαι, καὶ τὴν δεξιὰν τὴν ἡμετέραν ἀπολύσασθαι τῆς συνθήκης." Μυρξίης δὲ ἀμείβετο τοῖσδε. "ἀλλ' ὅπως μέν, ὦ βασιλεῦ, ἐπὶ τήνδε τὴν ἀρχήν, ὅπως σοι

1. εἴη? 4. οἶσθα] οἴεσθαι P σύ] δύο P 7. παρείημεν P
12. ἢ om P

gens se nactum esse Semarchandae regnum, ipsumque falsum esse animo, proinde mortis reum teneri. dubitabat autem quo pacto eum mori cogeret, qui olim regi privato adhuc dextram societatis dedisset, ne pactis contravenire videretur. orationem igitur huiusmodi cum Myrxie habuit. "haud arbitror latere vos, o Myrxies, vosque duo et reliqui omnes quibus artibus imperium auxerimus. duo illa semper summa diligentia sectati sumus, dum nobis regnum amplissimum pararemus, nempe studium vehemens in rebus gerendis, et ut bona fide coleremus pacta quae cum amicis hostibusque fecissemus. nec solum iuramento, verum et sermone declaravimus nos concordiam cum iis agitare, quasi nihil ubique terrarum et tutius armisque omnibus firmius in vita humana inveniri possit, quam concordiam amplecti nec ab amicis dissentire, nunc hoc nunc aliud sequi consilium proponentes; siquidem saepe commemoravimus nos illo solo dei imaginem repraesentare. si autem quis mortalium nihil sani unquam dixerit, quomodo si quid facere aggrediatur, ei bona obvenient? meministine, meam cum prehenderes manum, te dicere, si Semarchandae nanciscerer regnum, paratum te esse oppetere mortem? haec igitur, cum sub multis testibus ea pronuntiaris, tempus est ut conficias, nostramque dextram isto pacto liberes." Myrxies, ut dicendi finem fecit rex, talem

γένοιτο, καὶ σὺ οἶσθα καὶ πάντες οὗτοι οἱ συμπαρόντες συνίσασι, καὶ ὡς πάντα τὰ ἔσχατα ὑποδυόμενος, ὥστε σοὶ εὖ γενέσθαι ὁτιοῦν. καὶ τραύματα δὲ ἔστιν ἰδεῖν ὅσα λαβὼν οὐδὲ πώποτε ὑπελογιζόμην δεινὸν πρὸ τοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δέ ἐστιν B ὁτιοῦν ἡμῖν εἰρημένον, οὐκ ἀγαθῇ τύχῃ δέοι ἂν μὴ χαρίζεσθαι τοῖς ἐπιτηδείοις, ὑφ' ὧν μεγάλα εὖ πεπονθὼς εἴης. ἐκεῖνο δή, βασιλεῦ, ἰδιωτέρῳ μὲν ὄντι τἀνθρώπῳ οὐ πάνυ τι ἐμπεδοῖντο καὶ ἑαυτοῦ βίον. ἐπειδὰν δέ σοι τὸ ἄρχειν ἑτέρως ἀφίκηται, τότε δὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ παραβῆναι εἴ τι συνέθετο. καὶ ἡμῖν ὁ θεὸς πολλὰ ἀγαθὰ παρέχεται διὰ τὸ συγγνώμην ἴσχειν τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν ἐς ἡμᾶς ὁτιοῦν. ἢν δέ μοι καὶ ταύτην παραιτουμένῳ χαρίσαιο τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πλείω τούτων σοι γένοιτο ἀγαθά." ταῦτα λέγων οὐκ ἔπειθε φάσκοντα δεῖν συγγνώμην ἴσχειν οἷς ἂν μὴ ἑκούσια ᾖ τὰ ἁμαρτήματα. πῶς δ' ἂν σώζοιτο αὐτῷ ἡ τύχη, μὴ τὸν ἀν- C τίπαλον διωσαμένῃ; ταῦτα εἰπὼν τόν τε Μυρξίην διεχρήσατο, καὶ ἐπένθει αὐτὸν δημοσίᾳ ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον, θάψας βασιλικῶς.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Ὑρκανοὺς ἐστρατεύετο καὶ τὴν ταύτῃ θάλασσαν, καὶ ἔθνη τε οὐκ ὀλίγα ἐς τὴν θάλασσαν τήνδε Ὑρκανίαν ἐνοικοῦντα παράλια κατεστρέφετο. λέγεται δὲ αὕτη

1. συνίσουσι P 19. ταύτης P 20. θάλασσαν. Τὴν δὲ P

exorsus est orationem. "verum enimvero, o rex, ad hoc imperium ut deveneris, et tu nosti et omnes quotquot praesto sunt. nec horrui summa vitae adire discrimina, ut istam tibi parares felicitatem. vulnera videre est, quae accepi dum tibi inservire et gratificari cupio. at enim si quid temere diximus, an non id aequum est mihi adversa fortuna utenti et amicis, a quibus beneficiis affectus fueris, condonare? illud autem, o rex, privato homini non admodum impedimento fuerit. ubi autem alia regni affulserit forma, tum non fas est, si quid pactus fueris, irritum facere et transgredi. etiam deus plurima nobis bona largitur, si in nos delinquentibus veniam dederimus. si igitur mihi peccati impunitatem concesseris, maiora a deo tibi obvenient tandem bona." his dictis non persuasit Temiri, qui respondebat "venia danda est erroribus eorum qui quid praeter voluntatem admiserint. quo pacto autem fortunam retinere potero propitiam, si hostem meum non necavero?" haec ubi locutus est, Myrxiem peremit. peremptum regaliter sepelivit longoque tempore luxit.

Posthaec bellum sumpsit adversus Hyrcanos et contra gentes quae mare Hyrcanum accolunt; quas omnes perdomuit. idem mare et Caspium dicitur, versus meridiem Saccas habens accolas et Caddusios; triginta milibus stadiorum versus Orientem et Septentrionem accolas habens Massagetas, genus hominum bellicosum. longum est viginti

καὶ Κασπία ἐς τὴν τοῦ ἔθνους τούτου ἐπωνυμίαν· διήκει δὲ κατὰ μεσημβρίαν Σάκας τε ἔχων καὶ Καδδουσίους ἐπὶ σταδίους τρισμυρίους, πρὸς ἕω δὲ καὶ βορρᾶν Μασαγέτας, γένος ἄλκιμόν τε καὶ ἐν πολέμοις εὐδοκιμοῦν, ἐπὶ σταδίους δισμυρίους μάλιστα. τοῦτο δὲ τὸ γένος ἐλαῦνον ἐπὶ τὴν Περ-
D σῶν χώραν λέγεται καταστρεψάμενον πολίσματα κατασχεῖν ἔστιν ἅ, καὶ Τεμήρη τοῦ γένους τούτου γενόμενον σὺν τοῖς Μασαγέταις ὁρμᾶσθαι ἐπὶ τὴν Σεμαρχάνδης ἀρχὴν καὶ Ἀσσυρίων τὴν χώραν καταστρεψάμενον ἔχειν. τὴν μέντοι θάλασσαν ταύτην ὑπὸ ποταμῶν ἐς αὐτὴν οὐκ ὀλίγων ἐκδιδόντων μεγίστην τε γίνεσθαι καὶ ἐπὶ πολλοὺς σταδίους διήκειν, οὐδαμῇ ἐκδιδοῦσαν, ᾗ λέγεται, εἰς τὴν ἐκτὸς θάλασσαν. διώρυχα μέντοι ἐπυθόμην ἔγωγε ἀπὸ ταύτης διήκειν καὶ ἐς τὴν Ἰνδικὴν θάλασσαν ἐκδιδεῖν. ἐνοικοῦσι δὲ τὴν θάλασσαν τήνδε ἔθνη πολλά τε καὶ ἄλκιμα. καὶ ἰχθύας μὲν φέρει αὕτη ἡ θάλασσα πολλούς τε καὶ ἀγαθούς, φέρει δὲ καὶ ὄστρεα μαρ-
P. 63 γαρίτας ἔχοντα, ᾗπερ δὴ καὶ ἡ Ἰνδικὴ θάλασσα. καὶ πλοῖα πολλὰ πλεῖ τὴν θάλασσαν ταύτην, παρὰ ἀλλήλους ἐπιπλέοντα φορτίων πλέα. ἔστι δὲ αὕτη ἡ θάλασσα πρὸς ἕω μάλιστα τῆς Ἀσίας, ἐς ἣν ἐκδιδοῖ ὅ τε Ἀράξης ποταμὸς μέγιστος καὶ Χοάσπης πρὸς ἕω ῥέων, καὶ ποταμοὶ δὲ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι. τὰ μέντοι ἐς τήνδε τὴν θάλασσαν ἔθνη ὑπὸ Καδδουσίων τε ἄρχεσθαι πρόσθεν ἔφαμεν, καὶ τούς γε φόρους αὐτῶν ἐς τὴν Καδδουσίων πόλιν ἔτους ἑκάστου ἐπάγειν ἐπὶ τούτους.

2. τε] δὲ P   5. ἐλαύνων P   24. ἀπάγειν?

milibus stadiorum. Massagetae dicuntur profecti esse in Persiam, ibique multas occupasse urbes. ferunt etiam Temirem ex isto hominum genere ortum cum Massagetis festinasse contra Semarchandae regnum, et debellata Assyriorum monarchia id obtinuisse. mare autem istud cum sit receptaculum multorum et magnorum fluminum, maximum Cyrum nomine esse cognovimus; et ad plurima stadia excurrit, nullibi in exterius mare, quemadmodum dicitur, se fundens. attamen ego fossam audivi ex isto mari progredi, qua in Indicum mare effunditur. accolunt mare istud gentes plurimae et bellicosae. etiam pisces suppeditat plurimos et bonos. largitur et ostreas, quae margaritas habent. supra hoc mare Indicum mare visitur. naves onerariae plurimae navigant vicissim nunc hoc, nunc illud mare. mare istud versus Orientem, maxime ea parte qua Asia est, vergit. in hoc se effundunt Araxes fluvius maximus, et Choaspes versus Orientem fluens, et alii fluvii plurimi. gentes quidem illas quae mari huic adiacent, a Caddusiis regnari et tributa quotannis in Caddusiorum urbem inferre aiunt.

Ὡς τοὺς Ὑρκανίους ὑπηγάγετο Τεμήρης καὶ τὸν βασιλέα τούτων ἀνεῖλεν, ἐστρατεύετο ἐπὶ Καδδουσίους. καὶ οὗτοι μὲν συλλέξαντες στρατιὰν μεγίστην παρεσκευάζοντο ὡς ἀμυνούμενοι, ἢν ἐπίῃ Τεμήρης· Τεμήρης δὲ ὡς ᾔσθετο τούτους B στρατευομένους, πέμπει Χαϊδάρην ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ὡς ἑλοῦντα τὴν ταχίστην καὶ πολιορκήσοντα· αὐτὸς δὲ ἐπέμενεν ἐστρατοπεδευμένος παρεγγυτάτω τοῖς Καδδουσίοις. ἐνταῦθα δὲ ὡς ἐπύθοντο οἱ Καδδούσιοι τοὺς πολεμίους ἐς τὴν πόλιν αὐτῶν ἰόντας, τὰ ἔμπαλιν γενόμενοι ἵεντο οὐδενὶ κόσμῳ ἐς τὴν πόλιν. ἐνταῦθα ἐπιτίθεται αὐτοῖς ἰοῦσιν ἐπὶ V.50 τὴν πόλιν Τεμήρης σὺν τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ, καὶ τεταραγμένοις ἐμβαλὼν ἐτρέψατο, καὶ διώκων ἐπὶ τὴν πόλιν ἤλαυνε, καὶ πολιορκήσας ἐπὶ χρόνον τινὰ παρεστήσατο.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐστρατεύετο ἐπὶ Ἀραβίαν. γένος δὲ C Ἄραβες μέγα τε καὶ ὄλβιον καὶ ἀνὰ τὴν Ἀσίαν οὐδενὸς τὰ εἰς εὐδαιμονίαν λειπόμενον, παλαιόν τε ὂν καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς Ἀσίας διῆκον, προσχρώμενόν τε τῇ θαλάσσῃ τῇ ἐρυθρᾷ καλουμένῃ. ἔστι δὲ ἡ χώρα αὕτη μεγίστη τε καὶ καλλίστη οἰκῆσαι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν χωρῶν. οἰκεῖται δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν δικαιοτάτων καὶ τὰ ἐς θρησκείαν αὐτῶν σοφωτάτων. καὶ βασιλέα νομίζουσιν οὐ τύραννον, ἀλλ' ἐς τὸ ἰσοδίαιτον μᾶλλον καὶ ἰσόνομον καθιστάμενον σφίσιν. ἔστι δ' αὐτοῖς βασί-

6. ἑλῶντα B, ἑλόντα P   πολιορκήσαντα P

Hos bello appetere instituit Temires, ubi deviceratHyrcanos horumque regem a mortalium numero subtraxerat. at Caddusii contrahebant copias quam potuere maximas, fortiter repugnaturi accedenti Temiri. Temires ut didicit Caddusios in armis esse, quam primum Chaidarem mittit oppugnatum ipsorum urbem, et ut eam subito caperet. ipse autem expectabat rei eventum quam proxime Caddusiis castra sua locans. Caddusii ut intellexere hostem in ipsorum urbem contendere, palantes nullo ornatu et ipsi in suam urbem iter instituere. Temires venientes ex insidiis adoritur; acieque instructa eos aggressus fudit, fusosque insequens ad urbem usque tractus, eam, cum aliquanto tempore oppugnasset, tandem cepit.

His ita peractis Arabiam bello petere statuit. Arabes genus hominum opulentum magnum et antiquum, nulli, quantum ad felicitatem attinet, cedens, esse certo constat; multamque Asiae partem occupat, utens mari quod Rubrum nominamus. est autem Arabum regio latissima et ad habitandum omnium Asiae regionum pulcherrima. viri iustissimi, et quantum ad religionem pertinet, sapientissimi eam tenent. creantes regem, non tyrannum, sed virum aequitatis amantissimum et maxime aequalitatem respicientem, eligunt. Arabici re-

λεια ἐν τῇ πόλει τῇ παρὰ τὴν θάλασσαν, ... καλουμένη, μεγάλη τε καὶ πλούτῳ προφέρουσα. ὁμορεῖ δὲ τῇ τε Αἰγύπτῳ καὶ Περσῶν χώρᾳ καὶ Ἀσσυρίων. ἀπὸ γὰρ Κολχίδος D *καὶ Φάρους χώρας ἐς τὴν θάλασσαν τὴν ἐς τὴν κοίλην Συρίαν, ἐς τὴν Λαοδίκειαν καλουμένην πόλιν, εἴη δ' ἂν ὁδὸς ἡμερῶν . . . . ἀνδρὶ εὐζώνῳ πεζῇ διαπορευομένῳ τὴν χώραν, καὶ τὸ ἐντεῦθεν τῆς κάτω Ἀσίας ὡσεὶ χερρόνησον γεγενῆσθαι, καὶ τήν τε Ἀραβίαν ἐκτὸς γίνεσθαι τῆς Ἀσίας. ἔστι δὲ ἡ χώρα αὕτη ἐπίφορος, καὶ δένδρων τε καὶ φοινίκων πεπληρωμένη, καὶ ἐν μέσῳ δυοῖν ποταμοῖν περίρρυτος γενομένη καρποὺς τε ἐκφέρει ὑπερφυεῖς τῷ μεγέθει καὶ πολλαπλασίους, ὥστε εὐδαίμονα ὑπὸ τῶν παλαιοτέρων κεκλῆσθαι ἀνδρῶν. διὰ ταῦτα ἐπὶ ταύτην τὴν Ἀραβίαν, ὅτι Καδδουσίοις* P. 64 *ὑπ' αὐτοῦ πολεμουμένοις συνεμάχει αἰτιασάμενος, ἐστρατεύετο. καὶ δὶς μὲν ἐμαχέσατο τῷ Ἀράβων στρατεύματι, καὶ οὐδ' ὣς ἠδυνήθη τρέψασθαι· μετὰ δὲ διαπρεσβευσάμενος, ὥστε στρατιὰν δοῦναι καὶ φόρον ἀπάγειν τοῦ ἔτους, ὅσον ἂν σφίσιν ἐπιτάττοι, σπονδάς τε ἐποιήσατο καὶ τὸ . . . . ἐπ' αὐτὸν Ἀράβων πρέσβεις, οἳ καὶ ἀφικόμενοι προΐσχοντό τε τὴν χώραν τοῦ ἥρωος μὴ ληλατεῖν, καὶ ἐδέοντο σφᾶς, ἅτε γένος τε ὄντας τοῦ νομοθέτου, καὶ πατέρας εἶναι τῶν ἐς τήνδε τοῦ ἥρωος τελούντων θρησκείαν. νομίζεται δὲ τοῦτο τὸ γένος εὐσεβές τε καὶ ἅγιον, ὅτι τε προῆλθεν ἐκ τῆς χώ-*

16. *καὶ ὅδ' ὡς* P

gni sedes est urbs iuxta mare sita, quam vocant, magna opibusque vigens. finitima est ea gens Aegypto, et Persarum Assyriorumque regionem attingit. nam a Colchide et Pharus regione ad mare quod porrigitur in Coelesyriam, usque ad urbem Laodiceam dictam, fuerit iter dierum viro expedito, pedestri itinere regionem transeunti. hinc inferioris Asiae istam partem scimus in Chersonesi formam redigi, Arabiamque extra Asiam relinqui. est autem Arabia plurimis arboribus palmisque consita, et in medio duorum fluminum sita, ab utroque undique alluitur. fructus profert supra modum tum magnos tum multiplices. hinc veteres occasionem sumentes eam Felicem appellavere. hanc regionem armis infestis aggressus est Temires, incolis crimini dans operam strenue navatam Caddusiis, cum eos bello statuisset domare. bis conflixit cum Arabum exercitu. cumque eos victos dare non posset, legatos mittens, militibus tributoque, quod quotannis penderent, imperatis, pacem cum eis fecit. ea tempestate, priusquam in foedus coiretur, Arabum legati ad Temirem accessere, poscentes ne regionem herois, qui et ipsi de genere legislatoris essent, vastare pergerent. huic orationi adiiciebant, ut velint esse patres

ρας αὐτῶν Μεχμέτης ὁ νομοθέτης, καὶ σὺν τῷ Ὁμούρῃ τὴν B
νομοθεσίαν δεξαμένῳ ἐπὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν προεληλύθει-
σαν, μεγάλα ἀποδειξάμενοι ἔργα.

Ὁ μέντοι νομοθέτης τούτων ὁ Μεχμέτης παῖς λέγεται
γενέσθαι Ἀλίεω, ἀπὸ Ἀραβίας τῆς εὐδαίμονος. ἐκθέμενον
δὲ τὴν νομοθεσίαν αὐτοῦ ἀρχὴν μέντοι μηδὲν βιάζεσθαι, ἀνα-
πείθοντά τε τοὺς Ἄραβας καὶ Σύρους μετὰ ταῦτα· μετὰ
δὲ ταῦτα προσλαβόμενον τοῦ Ἀλίεω δυνάστου τε τῆς χώρας
καὶ ἐπιτηδείου αὐτῷ, ὡς μάλιστα ἐπιόντα, προσάγεσθαι αὐτῷ
ἐς τὴν νομοθεσίαν, ὅποι ἂν ἐπίῃ, τοὺς τὴν χώραν οἰκοῦντας.
ἀνίει τε τὴν νομοθεσίαν ἔστε τὴν ῥαστώνην καὶ τὴν τοῦ
θείου βακχείαν μέντοι, συνεχῆ δὲ ὡς μάλιστα μελέτην. νο- C
μίζεται γὰρ αὐτῷ τετράκις τῆς ἡμέρας προσεύχεσθαι τῷ
θεῷ, ὑπ' οὐδενὸς κωλυόμενον εἰς τοῦτο, ὥστε μὴ προσεύξα-
σθαι. τῇ δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἡμέρᾳ κοινῇ τε ἅπαντας ἐς τοὺς
ναοὺς ἰόντας προσεύχεσθαι νομίζεται, μηδ' ὁτιοῦν μήτε ἄγαλ-
μα μήτε ἄλλο τι τῶν γεγραμμένων προσλαβόμενον σφίσιν
ἐς τὴν προσευχὴν ἐν τοῖς ναοῖς. ἱερεῖς τε σφίσιν καθιστῶν-
τες, ὥστε πρὸ τοῦ ναοῦ ἐς περιωπήν τινα πύργον πεποιημέ- V. 51
νον ἀναβαίνοντα προσεύχεσθαι τῷ θεῷ μεγάλῃ φωνῇ καὶ ἀεὶ
τὰς νομιζομένας εὐχὰς ποιεῖσθαι κεκραγότα γεγωνότερον. ἐς
μὲν οὖν τὴν προσευχὴν αὐτοῦ γένος δὲ τοῦτο ἴσμεν ἐς τὰ D

eorum qui herois religionem sectentur. gens illa non profana, verum sacra sanctaque creditur, quia edidit Mechmetem legislatorem, qui illis stipatus, ut qui eius suscepissent leges, progressus sit ad Asiae imperium, cum Arabes ubique magna virtutis ostenderent facinora.

Aiunt legislatorem Mechmetem fuisse filium Haliis, Arabiam felicem incolentis. initio legislationis suae nihil vi egit, sed persuasione primum Arabes, deinde Syros cepit. postea in suam sententiam traduxit Haliem regionis administratorem, qui cum ipsi foret intima familiaritate coniunctus, facile omnes terrae suae incolas Mechmetis leges suscipere coegit. leges enim istae nihil aliud quam quietem et numinis quendam furorem perpetuamque meditationem continebant. nam inter caetera lex est ut quater diurno tempore deum adorent; nec sinant, quaecunque tamen inciderint, ab ista lege se avocari. veneris die omnes uno consensu frequentes in templa commeant, orationibus operam dantes. legem habent, quae edicit ut nullam imaginem neque aliam picturam in templa admittant, precationem ad deum transmittentes. eligunt sacerdotes, de quorum grege unus extra templum in turris pinnaculum ad id comparatum ascendit magnaque voce deum adorat. preces solemnes semper maiore voce peragere solent. hoc modo Turci preces suas concelebrant; at-

μάλιστα ἐντεταμένον, μηδ' ὁτιοῦν ἀνιέναι προσδεχομένους·
ἐς δὲ τὰ ἄλλα τά τε ἐς δίαιταν καὶ ἐς τὸν βίον αὐτοῖς οὔτε
κεκολασμένον νομίζεται, ὥστε μὴ ἐς τὸ τοῦ βίου ἡδὺ πολι-
τεύεσθαι· οὕτω τὴν φύσιν μηδαμῇ βιάζεται. γυναῖκας μὲν
γὰρ ἄγεσθαι, παλλακίδας μέντοι ἀπὸ ἀνδραπόδων, ὅσας ἂν
ἕκαστος οἷός τε εἴη τροφὴν παρέχεσθαι ἐς τὸν βίον. γυναῖ-
κας δὲ κουριδίας ἄγεσθαι ἐς τὰς πέντε, καὶ τούς τε ἀπὸ ἀν-
δραπόδων παῖδας νομίζεσθαι σφίσιν οὐ νόθους. ἂν δὲ ἀπὸ
παλλακίδων ἐλευθέρων γένωνται σφίσι παῖδες, νόθοι τε αὐ-
P. 65 τοῖς νομίζονται, καὶ οὐκ εἰς τὴν πατρῴαν οὐσίαν εἰσέρχον-
ται. ὠνοῦνται δὲ καὶ τὰς κουριδίας, ὅσου ἄν τις βούλοιτο
ἐκδοῦναι τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα. λαμπάδων δὲ προενηνεγμέ-
νων σφίσιν ἐς τοὺς γάμους ἄγονται τὰς γυναῖκας. ἂν δὲ
ἀχθεσθεὶς τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ ἐπείπῃ τοῦ λοιποῦ ἀπὸ τριῶν
σπληνῶν ἀποσχέσθαι αὐτῆς, ἤδη ἠλλοτρίωται τῷ λόγῳ ἡ γυνὴ
τοῦ ἀνδρός. νομίζεται δὲ αἴσχιστον, ἣν ἄν τις ἀποπέμψηται,
αὖθις αὐτὴν ἀγαγέσθαι· ἂν δὲ μὴ ὑπὸ ἑτέρου μοιχευθῇ,
οὐκ ἔξεστιν ἀγαγεῖν. οἴνῳ δὲ χρῆσθαι ἀθέμιτον ἀπαγορεύει
τῷ γένει τούτῳ, καὶ μὴ λουσάμενον μὴ ἐξεῖναι αὐτῷ ἐς τὴν
B προσευχὴν ἰέναι. δεκατείαν δέ τινα ἐξελόμενος τῷ θεῷ τοῦ
ἔτους, ἐς νηστείαν αὐτοὺς προάγεται ἐς τριάκοντα καὶ ἐπέ-

11. ὅσον P 14. ἀχθεσθείη P

que tanta utuntur diligentia in iis perficiendis, ut interim nihil vel laboris vel alterius rei suscipiant, quo minus ipsae interrumpantur. quantum ad caetera, videlicet ad victus rationem et ad reliquum vitae modum attinet, constat eos nullis inhiberi poenis: adeo feruntur, quo minus voluptariam sectentur vitam, affectibus nunquam non obtemperantes. uxores enim ducunt, pellicesque ex mancipiorum grege numero tot diligunt quotquot quilibet alere potest: uxores autem virgines accipiunt nemine prohibente, donec quinque sibi copulaverint. liberos ex mulieribus captivis natos non spuriorum numero habent. sin autem ex pellicibus liberos ferant, eos spurios censent, nec paternae hereditatis participes fiunt. mercantur virgines, quando quis suam vult elocare filiam. faces ipsis praeferuntur, quando nuptiale festum celebrant. maritus si parum dextre erga uxorem fuerit affectus, edicit se a tribus splenibus ab ipsa avellendum. si ad istum modum uxor repudiata fuerit a viro, turpissimum esse creditur eam quam repudiaverit recipere. nec recipere eandem nisi ab alio adulterio inquinatam licet. vino uti nefas ducunt Turci. nec audet aliquis de isto genere, nisi lotus, frequentare orationes. etiam decimas quasdam quotannis seponunt deo. ieiunium Mechmetes imperavit isti hominum generi, quod durat triginta diebus aut etiam amplius. diebus istis omnibus nihil vel esculenti vel poculenti admittunt. ve-

κεινα ἡμέρας. τῆς μέντοι ἡμέρας ὅλης μηδ' ὁτιοῦν προσίεσθαι μήτε τροφῆς μήτε πόσεως, ἑσπέρας δέ, ὅταν ἄστρα φαίνηται, σιτίζεσθαι· πάντων δὲ μάλιστα τὸν χρόνον τοῦτον μὴ ἐξεῖναι οἴνου πιέσθαι τὸ παράπαν. περιτέμνεσθαι δὲ τὸ αἰδοῖον χρῆναι παντάπασιν. Ἰησοῦν δὲ θεοῦ τε ἀπόστολον γενέσθαι νομίζει, καὶ ἐξ ἀγγέλου τοῦ Γαβριὴλ καὶ ἐκ τῆς Μαρίας, παρθένου τε οὔσης καὶ μηδενὶ ἀνδρὶ συγγενομένης, γεννῆσαι Ἰησοῦν, ἥρωά τινα μείζω ἢ κατὰ ἄνθρωπον· καὶ ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ κόσμου, ἐπειδὰν ἐς κρίσιν τῶν σφίσι βεβιωμένων καθιστῶνται οἱ ἄνθρωποι, τόν γε Ἰησοῦν C φασὶν ἄγεσθαι διαιτητὴν τοῦ κόσμου. συὸς δὲ μὴ ἅπτεσθαι θέμις εἶναι, καὶ τά γε ζῶα πάντα ἐσθίουσιν, ἂν μέντοι ἐπὶ σφαγὴν γένωνται. θεὸν μὲν οὖν ἕνα ἐφιστῶσι τῷδε τῷ παντί, ὑπηρέταις δὲ χρώμενον τοῖς πυρίνοις, ᾗ φασί, νόοις. πεπομφέναι δὲ Μεχμέτη ἐς τὰ ἐλλιπῆ τοῖς πρότερον ἐπιπεμφθεῖσιν ὑπὸ θεοῦ ἐς τὴν οἰκουμένην νομοθέταις. κάθαρσιν δὲ ἡγοῦνται τήν τε περιτομὴν σφίσι πάντων δὴ μάλιστα, ἐν ᾗ καὶ γάμους ποιοῦνται. ταφὰς δὲ αὐτοῖς παρὰ τὰς ὁδοὺς νομίζεται γίνεσθαι, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐξεῖναι θάπτειν. θάπτουσι δὲ λούσαντες καὶ ξυρῷ ἅμα τὸ σῶμα. νομίζεται δ' ἔτι καὶ τόδε, D ὃς ἂν μὴ πείθηται τῷ νόμῳ, τελευτᾶν τῷ σιδήρῳ. Ἀρμενίους δὲ μόνους τῶν ἄλλων ἐθνῶν διαφερομένων σφίσιν ἐς τὴν θρησκείαν οὐκ ἀνδραποδίζεσθαι, ὡς Ἀρμενίων τινὶ

spere demum, ubi iam coruscarint astra, ad cibum capiendum congregantur. nulli autem licet, isto praesertim tempore, vinum gustare prorsus. mentulam totam circuncidere solent. confitentur Turci Iesum dei esse apostolum. deum etenim ex angelo Gabriele et Maria virgine, quae nullum cognoverat virum, Iesum genuisse, heroa quendam homine maiorem sive augustiorem. in novissimo die, quando universale iudicium peragetur, aiunt Iesum mundi iudicem sive arbitrum fore. suem attingere Turci haud fas arbitrantur. reliqua animalia edunt, si mactata fuerint. deum universi esse moderatorem haud ambigunt, dicentes eum uti ministris mentibus, ut vocant, ignitis. existimant autem Mechmetem venisse missum a deo, ut ea replerentur in quibus defectum patiebantur prisci a deo prodeuntes legislatores. circuncisionem iudicant esse purgationem omnium praecipuam: proinde circuncisionis tempore nuptias contrahunt. solet istud hominum genus sepulcra iuxta vias collocare, nec in ullo alio loco sepelire licet. sepulturae autem mandant cadavera lota et omni a parte rasa. est et alia lex, quae iubet parere legislatori: non obtemperantem gladio ultore ferit. ex Armeniis solis, quamvis ab ipsis in religionis negotio dissentiant, mancipia non rapiunt, quia Arme-

προειρηκότι τὸ [γὰρ] κλέος αὐτοῦ ἐς τὴν οἰκουμένην ἐσόμε-
νον. διὰ τοῦτο μὴ ἐπιτρέπειν ἀνδραποδίζεσθαι Ἀρμενίους.
Ταῦτα μέντοι ἐς τὴν νομοθεσίαν ἀποδεδειγμένους αὐτῷ
V. 52 ὡς πλεῖστον τῆς οἰκουμένης κατέχειν μέρος, καὶ ἐπὶ μέγα
ἐλθεῖν ὥστε τὴν Ἀσίαν καὶ ἐς τὴν Λιβύην καὶ ἐς μοῖραν
τῆς Εὐρώπης οὐκ ὀλίγην, τὴν ἐς Σκύθας τε καὶ τοὺς νῦν
P. 66 Τούρκους, καὶ ἐς τὴν Ἰβηρίαν τούς γε Λίβυας. λέγεται δὲ
τελευτῆσαι ἐπὶ παιδὶ Ἀλίῃ βασιλεύοντι Ἀραβίας· ἐκεῖνόν τε
γὰρ ὡς νομοθέτην προσέμενόν τε, καὶ πειθόμενοι αὐτῷ, ἐφ'
ὅ τί γε ἂν ἐξηγοῖτο, ἐπέτρεψάν τε αὐτῷ τὰ πράγματα καὶ
σφᾶς αὐτοὺς χρῆσθαι ὅπως ἂν βούλοιτο. μετὰ δὲ ταῦτα
στρατόν τε συναγείρας ὡς πλεῖστον, ἐπῄει τῆς τε Αἰγύπτου
καὶ τῆς ἄλλης Ἀραβίας ἔστιν ἃ καταστρεψόμενος, καὶ τὴν
ψάμμον διαβὰς τῆς Ἀραβίας τὰ τῇδε αὐτοῦ ἔθνη ὑπηγά-
γετο. βασιλεύσας ἔτη . . . . ἐτελεύτησε δὲ ἐν χωρίῳ τινὶ
Μεκέ, οὑτωσὶ καλουμένῳ. καὶ ὅ τε στρατὸς καὶ οἱ τὴν χώ-
B ραν οἰκοῦντες ἔθαψαν αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς καὶ ἐπένθησαν
μεγάλως. καὶ τελετὰς αὐτῷ ποιοῦνται οἱ Ἄραβες ἀνὰ πᾶν
ἔτος ὡς ἥρωί τε καὶ ὑπὸ θεοῦ τάχα ἐς τὴν νομοθεσίαν σφί-
σιν ἀνδρὶ εὐαγεῖ ἀποδεδειγμένῳ. τά τε ἐς τὴν νομοθεσίαν
ἐπιεικῆ τε καὶ οὐ τυράννῳ γενομένῳ οὕτως γεγενῆσθαι.
Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησεν, Ὁμούρης ὁ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ

nus quidam vaticinatus est gloriam Mechmetis per universum orbem propagandam. estque haec unica causa, viri honori id tribuentes, quod nulla ab Armenis mancipia abducant.

Haec quidem ubi Mechmetes legibus sanxisset, plurimam orbis partem occupavit. in Asia Libya et Europae regione non modica, quae se extendit ad Scythas et ad eos qui hodie sunt Turcos, usque ad Iberiam non parva Mechmetis extitit auctoritas. mortuus esse traditur filio suo Aliae Arabiam regente. hunc enim legislatorem ubi promptis animis assumpsisset, ei obedierunt in omnibus, quocunque tandem ipsos eduxisset. etiam rerum suarum summam isti commiserunt, ut ipsis pro suo arbitrio uteretur. hinc copias contraxit plurimas, quas contra Aegyptum duxit, et reliquae Arabiae quaedam subegit. transiens autem loca arenosa Arabiae, gentes ibi morantes suo imperio adiunxit. cum regnasset annis * * defunctus est in loco quodam cui nomen est Mecha. milites regionisque incolae magnifice exequias duxerunt et graviter eum luxere. quotannis in eius honorem sacra faciunt Arabes. heroa etenim quendam eum esse putant, eundemque ut virum sanctum a deo ordinatum, ut ipsis leges ferret, quem in dandis legibus non tyrannum, at virum quendam aequitatis vel in primis amantem iudicarunt.

Mortuo Mechmete, Homures discipulorum spectatissimus a filio

δοκιμώτατος, ὑπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν παραδεξάμενος, καὶ τὸν στρατὸν ἅμα ἀγόμενος, πρῶτον μὲν ἐπὶ Συρίαν ἐλαύνων τήν τε χώραν ὑπηγάγετο, τὰ μὲν πολεμῶν τὰ δὲ ἀναπείθων τε, σπενδόμενος ἐπὶ ῥητοῖς. μετὰ δὲ ταῦτα Κίλικάς τε ἐχειρώσατο καὶ Φρύγας καὶ Μήδους τε καὶ Ἴωνας, C πρὸς δὲ καὶ τὰ ἄνω τῆς Ἀσίας ἐπιὼν κατεστρέφετο, τήν τε νομοθεσίαν ἐπιβεβαιούμενος τοῖς ἀνὰ τὴν Ἀσίαν ἔθνεσι τῶν βαρβάρων, καὶ τῶν ξυμμαθητῶν αὐτοῦ ἔς τινας ἄλλους ἄλλῃ διαπέμπων, πείθειν τε πειρώμενος. καὶ τάφον τῷ Μεχμέτῃ πολυτελῆ κατασκευασάμενος αὐτοῦ ὑπερεγένετο. τελετάς τε ἐπετέλει αὐτῷ μεγάλας τε ἀνὰ πᾶν ἔτος, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπειθεν αὐτῷ τε προσεύχεσθαι καὶ ἐς τὸν τάφον αὐτοῦ φοιτῶντας δικαίους γίνεσθαι· καὶ νῦν ἀπό τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λιβύης καὶ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης δὴ οὐκ ὀλίγοι ἰόντες ἐς τὸ μνῆμα τοῦ Μεχμέτεω μέγα τε σφίσιν οἴονται ἐς εὐδαι- D μονίαν αὐτοῖς φέρειν τὸ τοιοῦτον. πορεύονται δ' οἱ μέν, οἱ δὲ ἀργυρίου τελοῦσι τοῖς ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν βουλομένοις ἰέναι. ἔστι δ' ἡ ὁδὸς χαλεπωτάτη ἰέναι διὰ τὴν ψάμμον, ἐπὶ καμήλων δὲ τὴν τροφὴν φερουσῶν καὶ τὸ ὕδωρ· ἀφθόνῳ γὰρ οὐκ ἔχουσι χρῆσθαι αὐτῷ τὸ παράπαν. καὶ οὕτω δὴ τὰ ἐπιτήδεια συσκευασάμενοι σφίσιν ἀναβαίνουσί τε ἐπὶ τὰς καμήλους, σημείοις διαχρώμενοι ἐς τὴν πορείαν ταῖς τοῦ μα-

2. ἑλόμενος T   3. τὰ δὲ] τά τε P   18. ἴεσθαι RT

eius regni moderamen accepit, assumptoque exercitu contra Syriam profectus est, regionemque plurimam partim vi partim persuasione foederibusque in dicionem acquisivit. hinc in dicionem venere Cilices Phryges Medi et Iones. ad haec suo imperio admovit quasdam superioris Asiae regiones. in religione sua gentes Asiae barbaras confirmavit, et quosdam discipulorum suorum in alias regiones dimisit, cupiens easdem in suam religionem recipere suadela. sepulcrum quoque pretiosum in honorem Mechmetis adornans ibi manebat. sacra quoque magna quotannis in honorem Mechmetis fieri procuravit. persuasit aliis plurimis ut Mechmetem adorarent. eos quoque iustos fieri asseverabat qui ipsius sepulcrum inviserent. etiam hodie non pauci ab Asia et Libya Europaque Mechmetis sepulcrum adeunt, putantes se hinc maximum colligere religionem et probiores fieri. quidam ex ipsis istam peregrinationem ingrediuntur: quidam argentum numerant iis qui pro ipsis peregrinationem suscipiunt. via autem quae ad sepulcrum ducit, est asperrima et difficillima. eundum enim est per arenam, non citra camelorum alimenta portantium opem. nec aqua, qua utantur, ad manum prompta est sufficiens omnino. in hunc igitur modum necessaria praeparantes camelos conscendunt,

γνήτου ἀποδείξεσιν, ᾗ δὴ ἀπὸ τῆς ἄρκτου ἐπιλεγόμενοι ὅποι τῆς οἰκουμένης ἴεσθαι δεῖ αὐτούς. τούτῳ τεκμαιρόμενοι τὴν P. 67 ὁδὸν διαπορεύονται. ἐπειδὰν δὲ ἀφίκωνται ἐς χώρας αὖθις τινὰς ἐν οἷς ἔνεστιν ὕδωρ, ὑδρευσάμενοι αὖ ἐντεῦθεν ἀπιοῦσι, καὶ ἀφικνοῦνται ἡμέραις τεσσαράκοντα τὴν ψάμμον διαβάντες ἐς τὸ σῆμα τοῦ Μεχμέτεω. λέγεται δὲ τὸ σῆμα τοῦτο ὑπὸ λίθων πολυτελεστάτων κατασκευασθῆναι, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ τὸ σῆμα μετεωριζόμενον ἀπαιωρεῖσθαι. ὅπερ ἀπίθανόν μοι δοκεῖ. διέχει δὲ ἀπὸ τοῦ χώρου τούτου, ἐν ᾧ τὸ V. 53 σῆμα αὐτοῦ, ἐπὶ τοὺς ὡσεὶ σταδίους ἐνενήκοντα, καὶ ἐξιόντες ἐντεῦθεν ἴενται ἐπὶ τὸν χῶρον τοῦτον. τούς τε νόμους αὐτοῦ καὶ τὰ Ἀλκωρὰ ἐκτέθειται, τῇ τε ἀθανασίᾳ τιθέμενοι B τῆς ψυχῆς. ἀγνωμοσύνης οὐδέν τι πάνυ οἴονται μετεῖναι τῷ θείῳ.

Ταῦτα μὲν οὖν τὴν τοῦ Μεχμέτεω νομοθεσίαν ἐς τοσοῦτον ἀναγεγράφθω ἡμῖν· Τεμήρης δ' ὡς τὴν χώραν ταύτην ληισάμενος, καὶ πόλεις ἑλὼν ἐνίας, ὑπεκομίζετο ἐπὶ Σεμαρχάνδης. Σκύθας δὲ ὡρμημένους ἐπυνθάνετο ἀπὸ Ταναΐδος τήν τε χώραν αὐτοῦ ἐπιδραμεῖν καὶ ληίσασθαι οὐκ ὀλίγα· χαλεπῶς δὲ ἔφερεν. ἐντεῦθεν δὲ αὐτίκα ἵετο ὁμόσε ἐπὶ τοὺς Χαταΐδας. λέγονται δὲ οὗτοι εἶναι Μασαγέται τὸ παλαιόν, καὶ διαβάντες τὸν Ἀράξην τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ ποταμοῦ

8. ὅπερ — δοκεῖ om KT   13. τῇ ψυχῇ P   15. οὖν ἐς τὴν?

utentes signis quae viam commonstrent, magnetis demonstrationibus. colligentes igitur ab septentrionali plaga, qua orbis parte eundum sit, eo viam coniectantes pergunt. ubi autem accesserint loca in quibus aquarum fuerint scaturigines, aquantes inde abeunt; transitaque arena intra quadraginta dies ad Mechmetis corpus perveniunt. sepulcrum eius compertum habeo extructum esse ex lapidibus pretiosissimis, et sublime pendere in medio templo. intervallum autem eius loci ubi sepulcrum conspicitur, usque ad hunc locum stadia continet circiter nonaginta. inde egressi ad eum locum contendunt, ibi siquidem leges et Alcorae explicantur. animae quoque immortalitatem astruunt. nec numini ignorantiam adscribunt.

Haec quidem hactenus, quantum ad Mechmetis religionem attinet annotavimus. Temires autem cum regionem populationibus afflixisset urbesque aliquot occupasset, Semarchandam se contulit. Scythas acceperat profectos a Tanai in regionem suam impetum fecisse, praedasque egisse non modicas; quam quidem rem gravissime tulit. hinc recta iter instituit contra Chataidas, iis pestem minitans. hi antiquitus Massagetae extitisse creduntur, et traiecto Araxe regionis partem flumini adiacentem non modicam occuparunt; in qua et se-

χώρας ἐπὶ πολὺ διεξελθεῖν, καὶ ὑφ' αὑτοῖς ποιησαμένους ἐνοικῆσαι. τούτους παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν, καὶ στράτευμα ποιησάμενος ἐς ὀγδοήκοντα μυριάδας ἐστρατεύετο ἐπ' αὐ- C τούς. καὶ συμβαλὼν μάχῃ τε ἐκράτησε τοὺς Χαταΐδας, καὶ ἐπὶ τὴν ἀγορὰν αὐτῶν τούτων καὶ ἐπὶ τὰ βασίλεια ἐλαύνων ὁμολογίᾳ τε παρεστήσατο, καὶ μισθωσάμενος παμπόλλους αὐτῶν, τούς γε κρατίστους τὰ ἐς πόλεμον γενομένους, ᾤχετο ἄγων. ὁμήρους δὲ λαβὼν καὶ τῶν ἀρίστων τοὺς παῖδας, καὶ φόρον ταξάμενος τούτοις ἀπάγειν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἀπήλαυνε. τὰ δὲ Χαταΐα πόλις ἐστὶ πρὸς ἕω τῆς Ὑρκανίας μεγάλη τε καὶ εὐδαίμων, πλήθει τε ἀνθρώπων καὶ ὄλβῳ καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ προφέρουσα τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων πλὴν Σεμαρχάνδης καὶ Μέμφιος, εὐνομουμένη δὲ τὸ παλαιὸν ὑπὸ Μασαγετῶν. τῶν μέντοι Περσῶν τοὺς πλείστους μισθω- D σάμενος τούτους, οἷα τῶν τε Σκυθῶν ἐμπείρους ὡς τὰ πολλὰ γενομένους καὶ τὰ ἐς τὴν δίαιταν οὐκέτι ἁβροὺς ὄντας, ἐν νῷ ἔχων ἐπὶ Σκύθας στρατεύεσθαι, ἐπὶ τὴν ἀγορὰν αὐτῶν τὴν Οὐρδὰν καλουμένην, καὶ πυνθανόμενος ὡς εἴη τε τὸ γένος τοῦτο παλαιότατόν τε τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, καὶ οὐδένα ἔτι πρὸ αὐτοῦ βασιλέων χειρώσασθαι τοῦτο τὸ γένος, κακὰ δὲ ὡς πλεῖστα ἐργασάμενον ποιῆσαι τήν τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην, ἐπιδρομῇ τὰ πλείω ταμιευόμενον τῇ χώρᾳ. ταῦτα

des suas fixerunt. hos domare parabat Temires. proinde comparato exercitu, qui complectebatur octoginta myriades hominum, bello eos aggrediebatur. collatis tandem signis, praelio vicit Chataides. dehinc arma contra Agoram regnique eorum sedem ferens, pactionibus eam in deditionem accepit. conductis quoque inde mercede plurimis et optimis militibus victor discedebat. etiam obsidibus acceptis, imperatoque tributo annuo, domum reversus est. Chataia urbs est Hyrcaniae, versus Orientem, magna et opulenta: multitudine hominum et divitiarum copia reliquaque felicitate superat reliquas, praeter Semarchandam et Memphim, Asiae urbes. optimis legibus eam fundavere iam olim Massagetae. mercede itaque sibi paravit Temires Persarum plurimos, ut qui essent gnari rerum Scytharum, quia plerumque cum his conversarentur nec amplius forent in victus ratione delicatuli. his munitus animo agitabat vim belli vertere omnem in Agoram eorum, quam Urdam nominant. audiens autem eam gentem omnium quas orbis habet esse antiquissimam, nec ullum qui praecesserant regum domare eam quivisse, quamvis magna damna dedissent Europae Asiaeque suis incursionibus, et hinc plurimas corrasissent opes, eo magis ad eam expeditionem accendebatur. praeterea animo versans etiam Darium Hystaspis filium regem electum, et arma

δὲ ἐπὶ νοῦν τιθέμενον, καὶ ὡς Δαρείῳ τῷ Ὑστάσπεω βασιλεῖ
P. 68 γενομένῳ Περσῶν καὶ ἐπιστρατεύσαντι αὐτοὺς οὐδέν τι προυχώρησεν, ὥρμητο αὐτὸς ἐπὶ τοῦτο τὸ κλέος ἰέναι. ὥστε δὲ αὐτῷ ἔχεσθαί τε τοῦ ἔργου ἐγγυτέρω τούτων γενόμενον, ἐς τὴν χώραν Χερίην πόλιν κατοικήσας, ἀπό τε τῆς Σεμαρχάνδης καὶ στρατιωτῶν καὶ τῶν ἀρίστων αὐτῷ στελλομένων ἐς τὴν ἀποικίαν, ᾤκισε πόλιν· Χερίην οὕτω καλουμένην, μεγάλην τε καὶ εὐδαίμονα ἅτε τοῦ βασιλέως ἐν αὐτῇ διατρίβοντος καὶ τῶν ἀρίστων αὐτοῦ, τῶν τε τῆς Ἀσίας στρατῶν ἐς αὐτὴν συνιόντων. μεγάλη τε ἐν βραχεῖ ἐγένετο ἡ Χερίη, καὶ εὐνομήθη μέντοι καὶ ὕστερον, οὐχ ἥκιστα δὲ βασιλέως Τεμήρεω
B περιόντος. ὅποι μὲν οὖν τῆς Ἀσίας ᾤκισται ἡ πόλις αὕτη, καὶ εἴτε ἐν τῇ Ἀσσυρίᾳ χώρᾳ εἴτε καὶ ἐν τῇ Μήδων, οὐκ ἔχω τεκμήρασθαι. λέγουσι μέν τινες Νῖνον τὴν Χερίην γενέσθαι τὸ παλαιὸν καὶ ἐς τὴν Ἀσσυρίων χώραν τετάχθαι, τεκμαιρόμενοι τοῦτο ἀπὸ τῆς Παγδατίνης Βαβυλῶνος. οἰκίσας δὲ Χερίην πόλιν, καὶ τὰ βασίλεια ἐν αὐτῇ ποιησάμενος, ἐπενόει ἐπὶ Αἴγυπτόν τε καὶ ἐπὶ Σκύθας στρατεύεσθαι καὶ τὴν τούτων ἀγορὰν Οὐρδὰν καλουμένην, καὶ στρατὸν μέγαν
V. 54 συναγείρας καὶ τοὺς Χαταΐδας συμπαραλαβὼν ἤλαυνεν εὐθὺ Ταναΐδος. ἐνταῦθα πυθόμενοι Σκύθαι Τεμήρη βασιλέα ἐπὶ
C σφᾶς ἐπιόντα μεγάλῃ παρασκευῇ, τήν τε εἴσοδον ἔπεμπον στράτευμα προκαταληψομένους τῶν ὀρέων, ᾗ ἔμελλε Τεμήρης

12. περιιόντος P

isti genti inferentem, nihil effecisse, ipse sibi hoc decus eximium petere statuit. ut istam vero rem ad optatum duceret finem, optimum esse ratus ut quam proxime ad ipsos accederet, in Cheriam urbem coloniam ducere decrevit, transferens eo milites aliosque homines plurimos ex Semarchanda. huc, ut regis sententiam intellexere, convenerunt et alii plurimi proceres regni. cum autem ipse in eadem urbe versaretur, optimates Asiaeque milites optimi ad ipsum quotidie confluebant. hinc urbs illa brevi incredibiliter aucta est. etiam bonis et saluberrimis legibus gubernabatur, superstite adhuc Temire. in qua autem Asiae parte urbs ea sita sit, in Syriorum an in Medorum regione, assequi nequeo. sunt qui tradant Ninum antiquitus Chariam extitisse et in Assyriorum regione locatam esse, coniecturam facientes a Pagdatina Babylone. Temires ut urbem Cheriam habitatoribus replevit, et in ea regni sui sedem paravit, in animum induxit bellum inferre Aegypto Scythis et horum Agorae, quam Urdam nuncupant. conscripto igitur exercitu maximo, et assumptis Chataidis, recta ad Tanaim contendit. Scythae ut acceperunt Temirem cum copiis accedere, ut montium angustias, qua Temires exerci-

σὺν τῷ στρατῷ αὐτοῦ διιέναι. Σκύθαι μὲν οὗτοι τὸ πάλαι ἐς μοίρας τινὰς διῃρημένοι ἐνέμοντο τὴν χώραν ἀπὸ Ἴστρου ἔστε ἐπὶ τοὺς ὑπὸ τὸν Καύκασον. νῦν δὲ γένος μέν τι τούτων ἐς τὴν Ἀσίαν γενόμενον, τὰ πρὸς ἕω αὐτοῦ τε ἐνοικῆσαν τὴν ἐπὶ τάδε τῆς Ἀσίας χώραν, καὶ ἐπὶ πολλὰ τετραμμένον, Σαχαταῖοι ἐκλήθησαν, ὑπὲρ τὴν τῶν Περσῶν χώραν ἐς τοὺς Σάκκας τε καὶ Καδδαίους· ἀφ' ὧν δὴ καὶ Τεμήρην αὐτὸν οἴονται γεγονέναι τινές. ἔστι δὲ τοῦτο γένος ἄλκιμόν τε τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ πολεμικώτατον, καὶ σὺν τούτοις λέγεται Τεμήρης τὴν ἡγεμονίαν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ παραλαβεῖν, D
πλὴν Ἰνδῶν. οἱ δὲ λοιποὶ Σκύθαι κατὰ ταὐτὸ φρονοῦσί τε καὶ ὑφ' ἑνὶ ἄρχονται βασιλεῖ, κατὰ Οὐρδὰν τὴν καλουμένην ἀγορὰν τὰ βασίλεια ποιούμενοι, ἀποδεικνύμενοι σφίσι βασιλέα γένους τε ὄντα τοῦ βασιλείου τὸ παλαιότατον. καὶ ἔστι δὴ καὶ ἀλλαχοῦ τῆς Εὐρώπης ἐς τὸν Βόσπορον μοῖρα τούτων οὐκ ὀλίγη, ἀνὰ τὴν χώραν ταύτην διεσκεδασμένον, ὑπὸ βασιλεῖ ταττόμενον, οἴκου τῶν βασιλέων, ὄνομα δὲ τούτῳ Ἀτζικερίης. οὗτοι μὲν οὖν ὡς ἐπετράποντο σφᾶς τούτῳ τῷ βασιλεῖ, ἐς τήνδε ἀφικόμενοι τὴν χώραν, ἐπελάσαντες ἐς τὸν Ἴστρον, καὶ δὴ καὶ τὸν Ἴστρον διαβάντες, μοῖρά τις οὐκ ὀλίγη P. 69
τῆς Θρᾴκης ληλατοῦντες ἐπέδραμον, καὶ ἀνεχώρουν ἀπὸ Σαρματίας ἐπὶ τὸν Τάναϊν ἰόντες. καὶ πολλὰ μὲν τοῦ γένους

3. τοι P   7. δὲ P   12. ἄρχονται H, ἄρχοντι P

tum traducere cogitabat, praeoccuparent, miserunt et ipsi exercitum hosti obviam. Scythae quidem, iam olim in tribus quasdam discreti, tenebant regionem ab Istro excurrentem usque ad Caucasi accolas. nunc autem genus quoddam illorum hominum in Asiam advenit, et ibi ea loca quae Orientem spectant inhabitavit, et hinc ad reliquam Asiae penetravit regionem. istud hominum genus Sachataeos vocant. supra Persarum regionem usque ad Saccas et Caddaeos domicilia habent. quidam ex his originem ducere Temirem asserunt. gens ista fortitudine et bellicarum rerum gloria vincit reliquas omnes Asiae gentes. his auxiliaribus Scythis Temires, ut quidam docent, ad Asiae imperium evasit, devictis omnibus praeterquam Indis. reliqui Scythae a praedictis nihil differunt, regem unum habent. regni sedem Urdam constituere, creaveruntque regem qui ex vetustissima descenderet prosapia. extat et alia pars eorum non exigua per Europam usque ad Bosporum Thracium habitans, per eam regionem dispersa; quibus et ipsis rex est qui ex antiquissima regum gente processit. Atziceries ei nomen est. hi itaque ut se commiserunt regi, in hanc venere regionem, progressi usque ad Istrum. hinc manus quaedam horum non modica Istrum transvecta Thraciam vastavit,

τούτου αὐτοῦ παρὰ τὸν Ἴστρον ἐνέμειναν. ὧν τὸ πλέον ἐπὶ Παιαζήτεω διαβὰν τὸν Ἴστρον ἐνέμειναν. ᾠκίσθη χωρὶς ἕκαστον μέρος τοῦ γένους τούτου γενόμενον. τὸ δὲ ὑπολειφθὲν μέρος αὐτοῦ πέραν τοῦ Ἴστρου Καζιμήρῳ τῷ βασιλεῖ Λιτουάνων τὴν δίαιταν ἔχουσι, τὴν γῆν νεμόμενοι ἐς ἔτι καὶ νῦν, ἔς τε τὸν πρὸς τοὺς περιοίκους αὐτῷ πόλεμον συμβαλλόμενοι τὰ κράτιστα· ὅποι γὰρ ἂν τὸ γένος τοῦτο τυγχάνωσιν ὄντες, δοκοῦσί τε τὰ ἐς πόλεμον καὶ εἰσὶ κράτιστοι. οἱ δὲ περὶ τὸν Βόσπορον καὶ τὴν Ταυρικὴν νῆσον καλουμένην,
B διείργουσαν λίμνην τε τὴν Μαιῶτιδα καὶ τόνγε Εὔξεινον πόντον, ὑπὸ τῷ βασιλεῖ Ἀτζιχερίῃ τά τε ἔθνη τὰ ἐς γῆν ληιζόμενοι κατεστρέψαντο ἐς φόρου ἀπαγωγήν, τούς τε Γότθους καλουμένους καὶ Ἰαννύους τοὺς τὴν τοῦ Καφᾶ πόλιν ἐνοικοῦντας. καὶ Σαρματίας μέρος τι ἀπάγει τούτῳ τῷ βασιλεῖ φόρον. Σαρμάται μὲν οὖν οἱ πρὸς Εὔξεινον πόντον καὶ οἱ πρὸς ὠκεανὸν τῷ μεγάλῳ Σκυθῶν βασιλεῖ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ φόρον ἀπάγουσιν, ἐξ ὅτου τὴν Σαρματίαν ἐπιδραμόντες τὰ μὲν ἠνδραποδίσαντο, τὰ δὲ λῃσάμενοι κατέσχον ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον, καὶ ταύτῃ τὸ ἀπὸ τοῦδε φόρον τε ἐτάξαντο τῷ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ, καὶ ἔτους ἑκάστου ἀπάγουσι.
C Σαρματία μὲν οὖν διήκει ἀπὸ Σκυθῶν τῶν νομάδων ἐπὶ

4. post Ἴστρου H ὑπὸ 12. ἐπαγωγήν P

plurimas incursiones faciendo. relicta Sarmatia Tauaim versus iter ingressi sunt, et pleraque gentis huius pars in regione Istro adiacente mansit. eorum quoque non pauci transvecti Istrum sub rege Paiazite aetatem egerunt. Scytharum genera singula habitant separata ab reliquis. pars quaedam eius gentis relicta cis Istrum sub Cazimiro Lituanorum rege degit. eandem regionem etiamnum tenent, strenue operam navantes suo regi in bellis quae cum finitimis gerit. genus enim istud hominum quocunque accesserit, primas in rebus bellicis tenet fortitudinisque gloria emicat. qui ante Bosporum et Tauricam insulam, quae dirimit Maeotim paludem et Euxinum pontum, accolunt, imperio Atziceriis reguntur. subegerunt Gothos et Ianuenses urbem Capham inhabitantes, ut cogerentur tributum pendere. etiam Sarmatiae quaedam pars huic regi tributaria est. Sarmatae qui incolunt regionem versus Euxinum pontum et Oceanum, magno Scytharum regi, qui in Agora regni sedem habet, tributum pendunt, iam inde ex illo tempore quo in Sarmatiam populabundi cursitantes partim hominum partimque aliarum rerum praedas egerunt; eamque diu obtinuere, imposito tributo, quod singulis annis magno Scytharum regi tribuerent.

Sarmatia a Scythis pastoribus usque ad Dacos et Lituanos se

Δάκας τε καὶ Λιτουάνους, γένος τῶν Ἰλλυριῶν φωνῇ τὰ πολλὰ διαχρώμενον. καὶ διαίτῃ τε καὶ ἤθεσι τοῦ Ἰησοῦ νόμοις ἔποικοι, ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας μᾶλλον τετραμμένοι οὐ πάνυ συμφέρονται τῷ Ῥωμαίων ἀρχιερεῖ, Ἑλληνικῷ δὲ ἀρχιερεῖ χρῶνται, καὶ τούτῳ πείθονται τὰ ἐς θρησκείαν τε καὶ δίαιταν σφίσι. καὶ ἤθεσι τοῖς αὐτοῖς Ἑλλήνων διαχρώμενοι, σκευῇ τῇ Σκυθῶν παραπλησίᾳ προσχρῶνται. τὰ μέντοι πρὸς Εὔξεινον πόντον Σαρματῶν γένη, ἀπὸ Λευκοπολίχνης καλουμένης, ἡγεμονίαι τε διαλαγχάνουσι τὰ πολλά, τό τε Μοσχόβιόν V. 55 *τε καὶ Κίεβος καὶ τὸ Φάρι καὶ Χωρόβιον, πόλεις ὑπὸ τυράννους εὐθυνόμεναι, ἐς τὴν μέλαιναν οὕτω ὑπὸ σφῶν αὐτῶν* D *καλουμένην Σαρματίαν τελοῦσι. τὰ δὲ πρὸς ὠκεανὸν ὑπὸ τὴν ἄρκτον οἰκημένα γένη λευκὴν Σαρματίαν καλοῦσι. πρὸς μέντοι ὠκεανὸν πόλις Οὐγκράτης καλουμένη, ἐς ἀριστοκρατίαν τετραμμένη, ὄλβον τε παρέχεται καὶ αὐτὴν εὐδαιμονίᾳ ὑπερφέρουσαν τῶν ἄλλων τῆς Σαρματίας πόλεων, τῆς τε λευκῆς καὶ μελαίνης οὑτωσὶ καλουμένης. καὶ διήκει ἐπ' ὠκεανὸν αὕτη ἡ χώρα, Ἰνφλάστη καλουμένη. ἔνθα δὴ ὁρμίζονται καὶ αἱ ἀπὸ Δακίας νῆες καὶ Γερμανίας, φορτία φέρουσαι Βρετανικά τε ἅμα καὶ Κελτικὰ ἐς τήνδε τὴν χώραν. ἀπὸ μὲν οὖν Ταναΐδος ἐς ὠκεανὸν τὸν Βρετανικὸν καὶ ἐπὶ τὴν* P. 70 *Κελτῶν χώραν εἴη ἂν ὁδὸς τὸ μακρότατον ἡμερῶν πέντε καὶ τριάκοντα τὸ οἰκούμενον ἐπὶ μῆκος, ἐπὶ πλάτος δὲ τὸ μὲν*

fundit. Sarmatae Illyriorum linguam in usu habent plerumque. victu moribusque et Christiana religione magis Graecos sequuntur, nec perinde ipsis cum pontifice Romano convenit. habent Graecum episcopum, cui in religionis ritibus auscultant. vivendi rationem moresque Graecorum imitantur. suppellectilis apparatu repraesentant Scythas. Sarmatae, qui loca versus Euxinum pontum ab Leucopolichna urbe tenent, plerumque non regibus, verum ducibus utuntur. Moscoviorum, Kionensium, Tofariensium et Chorobiorum urbes a tyrannis reguntur, tributumque solvere coguntur Nigrae, sic appellatae, Sarmatiae. ea autem Sarmatia, quae sub Septentrione colitur, alba Sarmatia appellatur. versus Oceanum urbs est Ucratis nomine: hanc optimates administrant, divitiasque plurimas suppeditat. opibus facile vincit omnes tum nigrae tum albae Sarmatiae urbes. ea regio extenditur usque ad Oceanum, Euphraste sive Inflaste nuncupata. huc appellunt a Dacia et Germania naves, merces Gallicas et Anglicas in eam regionem advehentes. ab Tanai usque ad Oceanum Britannicum fuerit iter, ubi longissimum, per eam regionem quae habitatur secundum longitudinem, dierum triginta quinque. latitudo su-

ὑπὲρ τὸν Τάναϊν χώραν εἶναι μεγίστην, ἀπὸ Σαρματίας ἔστε ἐπὶ τὴν Ἀσσυρίων χώραν. Σκύθαι νέμονται τήνδε. ἔστι μὲν οὖν, ὡς ἔμοιγε καταφαίνεται, τὰ ὑπὲρ τὸν Τάναϊν χώρα μεγίστη δὴ τῶν τῇ Εὐρώπῃ κατ' ἄμφω, μῆκός τε δὴ καὶ πλάτος ἐπὶ μήκιστον διήκουσα. Πέρμιοι δὲ οἰκοῦσι τὸ πρὸς Βορρᾶν ὑπὲρ τοὺς Σαρμάτας, ὅμοροι δέ εἰσι Σαρματῶν, καὶ φωνὴν τὴν αὐτὴν ἵενται οἱ Σαρμάται τοῖς Περμίοις. λέγε- B ται δὲ περὶ Περμίων τάδε, ὡς ἔστι γένος ἀπὸ ἄγρας τὸ πλέον τοῦ βίου σφίσι ποιούμενον . . . .

Καὶ ἡ μέντοι πρὸς ὠκεανὸν διήκουσα Σαρματία ἐπὶ Προυσίαν καλουμένην χώραν διήκει καὶ ἐπὶ τοὺς ταύτῃ λευκοφόρους Ναζηραίους καὶ ἱερὸν τὸ ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ. δοκοῦσι δὲ γένος τοῦτο εἶναι Γερμανοί, καὶ φωνῇ τῇ αὐτῶν ἐκείνων προσχρώμενοι καὶ διαίτῃ. οἰκοῦσι δὲ πόλεις περικαλλεῖς καὶ εὐνομουμένας ἐς τὸ κράτιστον. ἔστι δὲ τούτοις ἱερόν, ᾗ δὲ καὶ τὸ ἐν Ἰβηρίᾳ ἱερὸν νομίζεται καὶ ἐν τῇ Ῥόδῳ ἐνοικοῦν Ναζηραίων γένος. ταῦτα γὰρ δὴ τὰ τρία ἱερὰ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐς τὴν τοῦ Ἰησοῦ θρησκείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ᾠκημένα δὴ καταφανῆ ἐστί, τό τε ἐν Ἰβηρίᾳ πρὸς τοὺς ταύτῃ C τῶν Λιβύων διαβάντας, καὶ Προυσίων πρός τε τοὺς Σαμώτας καὶ Σκυθῶν τοὺς νομάδας, αὐτοῦ ταύτῃ ἀγχοῦ τὸ πα-

9. ποιουμένους P 11. ταύτην P 15. δή?

pra Tanaim amplectitur regionem maximam a Sarmatia usque ad Assyrios, quam Scythae colunt est quidem, ut mihi videtur, ea regio, quae ultra Tanaim habitatur, longe lateque amplissima. Permii versus Boream supra Sarmatas morantur. Sarmatis finitimi sunt, eius linguae commercio utentes. Permios ferunt gentem esse antiquissimam; venationibusque vivunt, et plurimam vitae partem eo in studio consumunt, et * * * *

Sarmatia versus Oceanum excurrens ad regionem Prussiam dictam se extendit. finitima est Nazaraeis, qui ibi sunt candido amictu gaudentes, et eorum monasterio quod in ea regione situm est. isti homines Germani esse creduntur, quia eorum victum moresque necnon et linguam sectantur. incolunt urbes pulcherrimas et legibus optimis instructas. est his monasterium, quemadmodum Iberis sive Hispanis et Rhodiis, quod Nazaraei inhabitant. nam tria ista monasteria Iesu religionem amplecti in primis per totum orbem, et contra barbaros ordinata esse, omnibus manifestum esse reor. monasterium namque quod Iberia habet, arbitror Afris ea traiicientibus oppositum esse. idem Pruthenum monasterium opponitur Samogetis, necnon Scythis pastoribus, qui et Tartari, ibi in propinquo iam ab antiquo sedes habentibus. Rhodios constat ibi morari, ut resistant Aegyptiis et

λαιὸν ᾠκισμένους, καὶ Ῥοδίους δὲ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Αἰγύπτῳ τε καὶ Παλαιστίνῃ διὰ τὸν τοῦ Ἰησοῦ τάφον καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ βαρβάρους.

Προυσίων δὲ ἔχονται Σαμῶται, γένος ἄλκιμόν τε καὶ οὐδενὶ τῶν περιοίκων ὁμοδίαιτον, οὐδὲ ὁμόγλωσσον. νομίζει δὲ τοῦτο τὸ γένος θεοὺς Ἀπόλλω τε καὶ Ἄρτεμιν· διαίτῃ δὲ χρῶνται τῇ πάλαι Ἑλληνικῇ καὶ ἤθεσι, σκευῇ δὲ τῇ Προυσίων παραπλησίᾳ.

Τούτων δὲ ἔχονται Βοέμοι, τῇ τε Σαμωτῶν δόξῃ τιθέμενοι καὶ τῇ τῶν Γερμανῶν οἱ ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ἐνοικοῦν- D τες, σκευῇ τῇ τῶν Παιόνων παραπλησίᾳ ἐσκευασμένοι. ἔνεστι δὲ αὐτοῖς μητρόπολις, πόλις εὐδαίμων τε καὶ πολυάνθρωπος, Βράγα οὑτωσὶ καλουμένη, καὶ πολλοὶ τῆς πόλεως ταύτης οὐ πολὺς χρόνος ἐπεὶ ἐπαύσαντο τῷ πυρὶ καὶ τῷ ἡλίῳ θρησκεύειν, μόνον δὲ ἔθνος τοῦτο τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐκτὸς γενόμενον ταῖς ἐγνωσμέναις ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι θρησκείαις, τῆς τε τοῦ Ἰησοῦ φημὶ καὶ τῆς τοῦ Μεχμέτεω καὶ Μωσέως· ταύτας γάρ τοι σχεδόν τι ἴσμεν διακατέχειν τήν τε ἀγνωμοσύνην ὡς τὰ πολλὰ ἡμῖν οἰκουμένην. ἔστι μέντοι, ᾗ πυνθάνομαι, καὶ τὰ ὑπὲρ τὴν Κασπίαν θάλασσαν καὶ τοὺς Μασα- V. 56 γέτας ἔθνος Ἰνδικὸν ἐς ταύτην τετραμμένον τὴν θρησκείαν P. 71 τοῦ Ἀπόλλωνος. νομίζει δὲ ἐκεῖνο τὸ γένος καὶ θεοὺς ἔτι ἄλλους, Δία τε καὶ Ἥραν, ὡς προϊόν τι πρόσω τοῦ λόγου δηλωθήσεται.

15. δὴ?

Palaestinis, propter Iesu sepulcrum; etiam ut obsistant Asiae barbaris, Rhodi aetatem agunt.

Prussios attingunt Samogetae, gens robusta, victus ratione et lingua nulli finitimarum similis. deos venerantur Apollinem et Dianam. victus rationem sequuntur quam Graeci vetusti tenuere; eosdem et moribus repraesentant. suppellectilis apparatu imitantur Prussios.

Iis confines sunt Boemi, sequentes superstitionem Samogetarum, necnon Germanorum qui ibi colunt. suppellectilis apparatu nihil differunt a Pannoniis. metropolim ea gens habet opulentam et populosam, quam Pragam appellant. nec multum temporis intercessit ex quo ea urbs cessavit colere ignem et solem. sola haec gens earum quae intra extraque Europam sunt, quas novimus, adhaerescit Iesu Mosis Mechmetisque religioni. nam omnes has religiones, quamvis nos in ignorantiae tenebris plerumque versemur, gentem istam tenere compertum est. est quidem, quemadmodum audio, ultra Caspium mare et Massagetas gens quaedam Indica, dedita Apollinis cultui. colit et alios deos gens eadem, videlicet Iovem et Iunonem, ut infra fusius dicetur.

Καὶ περὶ μὲν τούτων ταύτῃ ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· Πολάνοι δὲ ἔχονται Σαρματῶν, καὶ τῇ φωνῇ τούτων νομίζουσι, καὶ ἤθεσι δὲ καὶ διαίτῃ τῇ Ῥωμαίων παραπλησίᾳ. Πολάνων δὲ ἔχονται Λιτουάνοι ἐπὶ Εὔξεινον πόντον καὶ ἐπὶ Σαρματίαν καθήκοντες. καὶ οὗτοι μὲν ἡ μέλαινα Πογδανία, ἡ ἐν τῇ Λευκοπολίχνῃ καλουμένῃ τὰ βασίλεια ἔχουσα, ἀπὸ Δακῶν τῶν παρὰ τὸν Ἴστρον ἐπὶ Λιτουάνων καὶ Σαρμάτας B διήκει. γένος δέ ἐστι τοῦτο δόκιμον, ᾗ ἄν τις τεκμαίροιτο, τήν τε φωνὴν τὴν αὐτὴν ἱέμενον, καὶ ἀπὸ παλαιοῦ διεσχισμένον διχῇ τὸ γένος ἐς τυραννίδας καὶ ἡγεμονίας δύο κατέστη. Λιτουάνους δὲ οὔτε Σαρμάταις εἰσὶν ὁμόγλωττοι οὔτε Παίοσιν, οὔτε μὴν Γερμανοῖς, οὐ μὴν οὐδὲ Δαξίν, ἰδίᾳ δὲ τὸ παράπαν νομίζουσι φωνῇ. ἔστι δὲ αὐτοῖς βασίλεια πόλις μεγάλη τε καὶ πολυάνθρωπος καὶ εὐδαίμων. καὶ δοκεῖ τοῦτο τὸ γένος εἶναί τε μέγα τῶν ἀμφὶ τήνδε τὴν χώραν ἐθνῶν καὶ ἀνδρειότατον, καὶ πρός τε τοὺς Προυσίους καὶ Γερμανοὺς καὶ Πολάνους διαπολεμοῦν περί τε ὅρων τῶν C ἐς τὴν χώραν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τὸ γένος πρὸς τὰ τῶν Ῥωμαίων ἔθη καὶ δίαιταν τετραμμένον, σκευῇ δὲ τῇ Σαρματῶν παραπλησίᾳ χρωμένους, καὶ τῇ μελαίνῃ Πογδανίᾳ ὅμορος τὰ πολλὰ οὖσα πρὸς τούτους ἀγωνίζεται.

Σαρμάται δὲ φωνῇ διαχρῶνται παραπλησίᾳ τῇ Ἰλλυριῶν

Haec quidem hactenus. Poloni contermini sunt Sarmatis, quorum et linguam in usu habent. victus ratione moribusque nihil discrepant ab Romanis. Polonis annexi sunt Lituani, qui et ipsi usque ad Euxinum pontum Sarmatiamque pertingunt. et quidem Pogdania nigra, quae regni sedem habet Leucopolichnam, a Dacis Istrum incolentibus ad Lituanos et Sarmatas se proiicit. gentem autem istam satis esse probatam vel hinc quis coniiciat, quod linguam suam retinuere. iam olim ea gens in duas partes divisa, partim quidem a principibus partim vero a ducibus regitur. Lituanis, quantum ad linguam attinet, nihil convenit cum Sarmatis, cum Pannonis, cum Germanis aut cum Dacis: nam quasi peculiarem linguae usum tenent. urbs quam regni sedem constituerunt, magna et opulenta populosaque est. apparet facile istam gentem esse maximam omnium quae in hac regione versantur. fortitudine nulli postponenda creditur, strenue praelians adversus Prussios Germanos et Polonos, gentes finitimas, ut suos tutetur fines. sequitur mores et victus rationem Romanorum; suppellectilis apparatu nihil a Sarmatis differunt. cum autem fere undique nigram Pogdaniam attingant, plerumque adversus eius regionis incolas pugnas ciere solent.

Sarmatarum lingua similis est Illyriorum, Ionium ad Venetos usque accolentium. utri autem horum vetustatis praerogativa gaudeant,

τῶν ἐς τὸν Ἰόνιον παροικούντων ἐς τοὺς Ἑνετούς. ὁπότεροι μὲν τούτων παλαιότεροι, καὶ τὴν ἑτέρων ὁπότεροι τούτων χώραν ἐπινέμονται, ἢ Ἰλλυριοὶ ἐπέκεινα τῆς Εὐρώπης διαβάντες Πολανίαν τε καὶ Σαρματίαν ᾤκησαν, ἢ Σαρμάται δὴ ἐπὶ τάδε τοῦ Ἴστρου γενόμενοι τήν τε Μυσίαν καὶ Τριβαλλῶν χώραν καὶ δὴ καὶ Ἰλλυριῶν τῶν πρὸς τὸν Ἰόνιον ἄχρι δὴ Ἑνετῶν ᾤκησαν, οὔτε ἄλλου τινὸς ἐπυθόμην τῶν παλαιοτέρων διε- D ξιόντος, οὔτ' ἂν ἔχοιμι πάντῃ ὡς ἀληθῆ διασημήνασθαι.

Ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ Σκύθας τοὺς νομάδας, ὃ δὴ γένος μέγιστόν τε καὶ ἰσχυρὸν καὶ γενναιότατόν ἐστιν, οἷον οὐδενὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν παραβάλλειν, ἂν μὴ πολλαχῇ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην κατά τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην ἐσκεδασμένον ἄλλῃ τε τῆς αὐτῶν βασιλείας ᾠκίσθη, ὡς τῇ ἐπιδρομῇ τὰ πολλὰ χρησάμενον· ᾗ δὴ χώρα ἠρέσκετο, ταύτῃ ἐναπολειφθὲν ᾤκησεν. εἰ μὲν οὖν εὐφρόνει κατὰ τάδε, τὴν αὐτὴν ἐνοικοῦν χώραν, καὶ ὑφ' ἑνὶ γένοιτο βασιλεῖ, οὐδένες οἱ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἐνίσταντο ἄν, ὥστε μὴ συνομολογεῖν αὐτῷ. P.72 νῦν δὲ ἁπανταχῇ τῆς Ἀσίας ἐπινεμόμενον καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἐπὶ τῇ Θρᾴκῃ τε καὶ ἐπὶ τὸν Βόσπορον ἐνοικοῦν, ἀπῴκισται τῆς σφῶν αὐτῶν βασιλείας τῆς ἐς τὸ Ὀρδάν. οἱ μὲν οὖν ἐς τὸν Βόσπορον τὴν ταύτῃ χώραν ἐπινεμόμενοι καὶ τὴν ὅμορον λεηλατοῦντες, τήν τε Τζαρκάσων καὶ Μιγκρελίων καὶ

14. ταύτῃ τῇ ἐναπ. P

et utri alterorum regionem teneant, Illyriine in istam Europae partem recedentes Poloniam et Sarmatiam incoluerint, an Sarmatae ad haec Istri loca adeuntes Mysiam et Triballorum Illyriorumque regionem, qua versus Ionium patet usque ad Venetos, inhabitarint, neque quenquam audivi veterum commemorantem, nec ipse possum ea quam verissime explicare.

Redeo nunc ad Scythas nomades; quae gens numero fortitudine, necnon generositate, si comparationem facere libuerit, facile omnibus per orbem gentibus superior est, nisi quod per Asiam et Europam dispersa et nunc in alia regione a regno remota habitet, ut quae incursionibus faciendis invigilet, et in ea regione morari, quae forte arriserit, in animum inducat. si ea gens concordiam inter se celebraret, unamque regionem regemque amplecterentur, non arbitror aliquam gentem in toto orbe adeo ferocem esse viribus, quae Scythis bellum indicere auderet. nunc autem cum undique per Asiam et Europam, necnon per Thraciam usque ad Bosporum dissipati habitent, quam longissime a sua regia submoti cernuntur. qui regionem, quae se ad Bosphorum paudit tenent, finitimis Tzarcasis et Mincreliis Sarmatisque multa negotia facessunt praedis agendis. abducentes igitur

Σαρματῶν, καὶ ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ἀγόμενοι ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἐπὶ Καρέαν πόλιν καὶ ἐς τὴν Μαιῶτιδα καλουμένην λίμνην ἀπάγοντες, ὀλίγου τε αὐτὰ ἀποδιδόμενοι τοῖς τε Ἑνετῶν καὶ Ἰανύων ἐμπόροις, οὕτω δὴ βιοτεύουσι. Σκύθαι δὲ
B οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐπὶ ἁμαξῶν τε καὶ ὑποζυγίων τὸν βίον ποι-
V. 57 ούμενοι, γάλακτι τὰ πολλὰ ἵππων τε καὶ τὰ κρέα διαχρώμενοι, οὔτε σίτῳ οὔτε κριθῇ καταφανεῖς εἰσὶ διαχρώμενοι, μελίνῃ δὲ τὸ πλέον καὶ συκάλῃ, λινᾶς τε ἐσθῆτας φοροῦντες ἐς τὸν τῶν λίθων ὄλβον εὐδαιμονέστατοι καὶ πλουσιώτατοι νομίζονται. τόξοις δὲ χρῶνται, τὸ σύμπαν εἰπεῖν, καὶ ξίφεσι βαρβαρικοῖς, καὶ θυρεοῖς τοῖς τῶν Δακῶν παραπλησίοις, πίλοις δὲ τὰ πολλὰ χρώμενοι, οὔτε ᾗ περὶ Σαρματίαν οἰκοῦντες, οὔτε ἱματίοις ἀπὸ ἐρίων, ὅτι μὴ λινοῖς νομίζουσι. διήκει δὲ ἡ ἀγορὰ τούτων τῶν Σκυθῶν καὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπὶ ὁδὸν πεντεκαίδεκα ἡμερῶν, ὥστε ἐπινέμεσθαι τὴν χώραν ἐς τὸ ἐπιτηδειότατον σφίσι καταστάντες, καὶ κατ' ὀλίγους διε-
C σκεδασμένοι, ἀφ' ἑκατέρου πλαγίου καθιστάμενοι ἐφ' ἑνός· τήν τε ἀγορὰν ποιοῦνται ἐπὶ μήκιστον, καὶ διανέμονται τὴν χώραν, τοῖς ὑποζυγίοις ἄφθονον παρεχόμενοι, καὶ αὐτοί τε ἐς τάξιν τὴν ἀρίστην ὑπὸ σφῶν νομιζομένην καθιστάμενοι. κατ' αὐτὸν δὲ μόνον τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ταύτῃ ἀρίστους ἐπὶ κύκλους καταστάντες, καὶ περιόδους ποιούμενοι, βασίλειά τε πα-

2. *Καρόαν* R 3. *ἀποδόμενοι* P 12. ᾗ] ᾗ οἱ?

inde mancipia plurima pergunt ad Bosphorum et ad urbem Caream. postea agentes mancipia ad Maeotim paludem, ea parvo aere vendunt Venetorum et Ianuensium mercatoribus. hunc vitae modum tenent. at Scythae, qui morantur in Agora, plaustris et iumentis vehuntur. lacte plerumque, etiam equina carne victitant. nec frumenti nec hordei usus apud hos, quod sciam, frequentatur: verum utuntur panico et ficis. chlaenis sive lineis vestibus vestiuntur. quantum ad margaritas lapidesque pretiosos pertinet, felicissimi et ditissimi censentur. sagittae eorum, necnon gladii barbariem redolent. scuta habent qualia gestant Daci. pileis autem plerumque utuntur, neque * * * * * * * * qua attingunt Sarmatiam: neque vestitus ipsis est ex filis contextus, verum ovium vellera induunt. Agora Scytharum magnique eorum regis patet itinere quindecim dierum. itaque regione fruuntur, qua ipsis commodissimum visum fuerit. quidam numero pauci, dispersi ab utroque latere unum habentes ducem, Agoramque faciunt longissimam et regionem depascunt, iumentis larga praebentes pabula. reliqui in eum ordinem rediguntur, qui penes ipsos optimus esse creditur. nam regem solum regnique proceres circulo circumdant; munimentaque facientes, regiam sedem regi praebent ex ligneis compa-

ρέχουσι τῷ βασιλεῖ ἀπὸ ξύλων κατεσκευασμένα. ἐπιδιελόμενοι δὲ εἰς μοίρας ταύτην σύμπασαν τὴν ἀγοράν, ἄρχοντάς τε ἐφιστᾶσι τούτων, καὶ ἐπειδὰν παραγγέλῃ βασιλεύς, χωροῦσιν ἐφ' ὅ τι ἂν γένηται χρεία.

Τότε μὲν οὖν ὡς ἐστρατεύετο Τεμήρης ἐλαύνων τὸν τῆς Ἀσίας στρατόν, καὶ ἐπύθοντο ἐπὶ σφᾶς στρατευόμενον, βασιλεὺς D μέντοι τήν τε ἀγορὰν σύμπασαν ἐς στρατὸν ποιησάμενος ἐστρατοπεδεύετο, ἐπὶ πολλοὺς τὸ βάρος ποιησάμενος. καὶ αὐτὸς μὲν ταύτῃ ταξάμενος ἵετο ὁμόσε ἐπὶ τοὺς πολεμίους, μοῖραν δὲ προέπεμψε τὴν πάροδον καταληψομένους, ᾗ ἔμελλε διαπορεύεσθαι Τεμήρης ὁ βασιλεύς, καὶ διακωλῦσαι ἐκέλευεν ὅποι δύναιτο ὡς κράτιστα μαχόμενος τῷ Τεμήρῃ. οὗτος μὲν δὴ παραλαβὼν τὴν μεθ' ἑαυτοῦ μοῖραν· Τεμήρης δὲ ὡς ἐπῄει τὸν στρατόν, εὐθὺ Ταναΐδος ἐπορεύετο, ἐν δεξιᾷ ἔχων τὸν Καύκασον. ἐπεὶ δὲ εἰσέβαλεν ἐς τὴν Σκυθικήν, εὗρε τοὺς Σκύθας ἐστρατοπεδευμένους. καὶ ὡς ᾔσθοντο ἐπιόντα, παρετάσσοντο P. 73 ὡς ἐς μάχην. καὶ αὐτός τε ἀντιπαρετάσσετο, καὶ μάχην μέν τινα ἐποιήσαντο ἐν τῇ παρόδῳ, καὶ οὐδὲν πλέον ἔσχε Τεμήρης ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ. μετὰ δέ, ὡς ἐπηυλίσατο, τῇ ὑστεραίᾳ αὖθις παρετάσσετο, καὶ ἐμαχέσαντο καὶ ἐξεκρούσαντο αὐτόν, ὥστε μηδ' ὁπωσοῦν ἐξεῖναι αὐτὸν παριέναι εἴσω καὶ ἐσβάλλειν ἐς τὴν χώραν. καὶ αὐτοῦ τε διέ-

8. βάθος?

gibus praeparatam. deinde partientes Agoram hanc universam in quasdam partes, singulis magistratus seu duces praeficiunt; et quando imperaverit rex, confestim omnes advolant imperata facturi.

Ea igitur tempestate cum Temires ductaret Asiae exercitum, Scythaeque intelligerent eum adversum se hostiliter proficisci, rex universa Agora in exercitum allecta, imponens onera plaustris, propriis viribus hosti obviam procedebat. exercitus partem praemisit ad praeoccupandas angustias montium, qua traducturus exercitum Temires erat. hos iussit fortiter resistere hostibus, eos aditu prohibentes. qui dicto audientes fuere. Temires accedens exercitum recta versus Tanaim movebat, a dextra habens montem Caucasum. ubi autem irruit in Scythiam, deprehendit Scythas castrametatos esse. qui ut acceperunt adventum Temiris, aciem instruunt, praelii copiam facturi. ipse quoque Temires suos in aciem educebat. tandem in angustiis commisere praelium: non tamen vicit Scythas Temires, verum propemodum aequo Marte est pugnatum. dehinc cum receptui cecinissent, die postero iterum ad praelium accingebantur. adeo autem fortiter dimicarunt Scythae ut pellerent Temirem, planeque ut desperaret se in ipsorum regionem intrare posse. clades maxima ibi

φθειρε τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ οὐκ ὀλίγους ὑπὸ τῶν Σκυθῶν. μετὰ δέ, ὡς οὐχ οἷός τε ἐγένετο εἴσω παρελθεῖν διακωλυόμενος, ἀπήγαγε τὸν στρατὸν καὶ ἀνεχώρει ἐπ' οἶκον. B τοῦ δὲ ἐπιγινομένου θέρους στρατιὰν ὡς μεγίστην συλλέξας, καὶ ἐπὶ Αἴγυπτον ἐν νῷ ἔχων στρατεύεσθαι, μετὰ δὲ συστρέψας, ἤλαυνεν αὖθις ἐπὶ Σκύθας, σταθμοὺς ἐλαύνων ὡς μεγίστους. καὶ ἔφθη τε δὴ ἐσβαλὼν ἐς τὴν Σκυθικήν, καὶ συνέμιξε μοίρᾳ τινὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἔφοδον ἐπειγομένους, καὶ συμβαλὼν αὐτῇ ἐτρέψατο. οὐ μέντοι γε ἀπεγένετο, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου, ἐν ταύτῃ τῇ συμβολῇ. οἱ γὰρ δὴ Σκύθαι μέγιστον δὴ τοῦτο ἔχουσιν ἀγαθόν· ἐν τῇ τροπῇ συστρεφόμενοι αὖθις ἐλαύνουσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὐδέν τι κατὰ τὴν τροπὴν χαλεπὸν ὑφιστάμενοι. μετὰ δέ, ὡς ἐπὶ τὸν βασιλέα C Σκυθῶν ἤλασε, παρετάξατό τε εἰς μάχην, καὶ οἱ Σκύθαι νυκτὸς ἀπεχώρουν ὡσεὶ σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ὡς δὲ ἐπῄει Τεμήρης διημερεύων ἐπήλαυνε νυκτός, αὖθις ἀπεχώ-
V.58 ρουν οἱ Σκύθαι, ὥστε δὴ ταῦτα ποιούμενος ἔκαμνε τῷ Τεμήρῃ ὁ στρατός, καὶ προεκαλεῖτο ἐς μάχην τῶν Σκυθῶν βασιλέα. μετὰ δὲ ταῦτα στρατοπεδευσάμενος ἐς τὴν ὑστεραίαν παρετάξατο κατὰ ἴλας. Τεμήρης δὲ παρετάσσετο ἐπὶ πολὺ

9. αὐτῶν?

Temiris exercitui illata est a Scythis. deinde cum non posset superare angustias, exercitum abduxit et domum reversus est. aestate autem insequenti conscribens exercitum quam potuit maximum, bello petere Aegyptum statuit. postea inito consilio transversis itineribus peragens cursus quam maximos, omnem belli tempestatem in Scythas denuo vertit. et quidem sua celeritate Scythas praeveniens Scythiam ingressus est; et dimicans cum iis qui ad angustias tutandas properabant, eos vertere coegit: neque id flagitium militiae ducitur. ita habent mores. Scythae namque maximam istam commoditatem habent, ut in fugam se convertere possint praeliumque cum hoste redintegrare, nihil interim periculi in fuga sustinentes. deinde cum Scytharum regem infesto animo peteret, longius progressus est, et ad praelium suos instruebat. Scythae eludentes Temiris consilium, nocturno itinere profecti sunt a castris eius stadiis circiter centum et viginti. horum vestigia toto die secutus Temires, tandem eos assecutus est. quemadmodum igitur antea, sic et nunc noctu discedunt Scythae. itaque insequendi studio graviter affligebatur Temiris exercitus. hinc motus Temires Scytharum regem ad praelium provocat. Scythae castra locantes eo die qui sequebatur, ordines explicant aciemque contra Temirem dirigunt, in turmas collecti. Temires et ipse suos in aciem educit: aciem mediam occupat ipse. in dextro cornu Chaidarem cum Massagetis ponit. in sinistro cornu filium

τὸ βάθος, ἔχων ἐπὶ τὸ δεξιὸν Χαϊδάρην σὺν τοῖς Μασαγέταις, ἐπὶ δὲ τὸ εὐώνυμον τὸν παῖδα αὐτοῦ Σαχροῦχον σὺν τοῖς Πέρσαις τε καὶ Ἀσσυρίοις, καὶ Χαταΐων ὅσοι εἵποντο. D ἐπεὶ δὲ συνέμισγον ἀλλήλοις τὰ στρατεύματα, καὶ ἐμάχοντο. μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης οὐδέν τι πλέον ἔσχον οἱ Σκύθαι. μετὰ δέ, ὡς ὠσάμενοι εἴχοντο τοῦ ἔργου ἐντονώτερον οἱ Σκύθαι, οὐδ' ὣς ἐτρέψαντο τὸν Τεμήρεω στρατόν, ἀπετράποντο, καὶ ἀπέβαλον ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ οὐκ ὀλίγους. καὶ ἔπεσον ἀπὸ τοῦ στρατοῦ τῶν Περσῶν οὐκ ὀλίγοι. ὕστερον μέντοι, ὡς οὐδὲν ἔπρασσον Σκύθαι μαχόμενοι τῷ Τεμήρεω στρατῷ, ἤλαυνον ἐς τὸ πρόσω ἐχόμενοι, ὡς ἐντὸς τῆς χώρας P. 74 τοὺς πολεμίους ἀποληψόμενοι. ὁ μέντοι Τεμήρης συστραφεὶς ἤλαυνέ τε αὐτὸς τὰ ἔμπαλιν γενόμενος, καί πως ἔφθη ἐς τὸν Τάναϊν ἀφικόμενος. μετὰ δὲ ταῦτα ἐς τὴν Ἰβηρίαν τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἀφικόμενος ἀπεχώρει διὰ τῆς Κολχίδος, τὸν Φᾶσιν αὐτοῦ διαβὰς ποταμόν, τὸν ἀπὸ Καυκάσου ῥέοντα ἐπὶ Εὔξεινον πόντον. ἐσβαλὼν δὲ ἐς τὴν Ἀρμενίων χώραν ἀπήλαυνεν ἐπὶ Χερίης. ἀπεπράγη δὲ οὕτω αὐτοῦ τὸ στράτευμα ἐς τὴν ἐπὶ Σκύθαις ταύτην ἔλασιν. τῷ δὲ τρίτῳ ἔτει παρασκευασάμενοι οἱ Σκύθαι ὡς ἀμυνούμενοι βασιλέα Τεμέρη, ἤλασάν τε καὶ ἐπέδραμον χώραν τὴν ὑπὲρ τοὺς Ἀσσυρίους. ἐπρεσβεύετο μὲν οὖν ὕστερον περὶ σπονδῶν πρός τε τὸν βα- B

7. καὶ οὐδ'? 18. ἐπεπράγει? 19. ταύτης P

suum Saruchum curare iubet. hinc additi sunt Persae Assyrii et Chatagii, quotquot militantem Temirem sequebantur. cum iam utrinque satis instructi exercitus concurrissent, tandem vehementi praelio commisso Scythae nequaquam victoria potiti sunt. proinde quasi vi propulsaturi hostem, cooriuntur in Temiris exercitum. cum autem ne sic quidem coepta succederent, fugam ineunt, plurimis in eo praelio desideratis. Persae quoque non pauci ceciderunt. postea cum praeliando nihil efficerent contra Temiris exercitum, circumducere parant hostes, ut eos intra regionem concludant. verum Temires cognitis Scytharum insidiis sententiam mutavit, atque ex infesta regione copias ducere instituit, priorque ad Tanaim pervenit. postea in Iberiam Asiae delatus iter per Colchiden intendit, transito fluvio Phaside, qui ex Caucaso monte fluens vadit in Euxinum pontum. tandem cum attigisset Armeniam, maturato itinere Cheriam venit. exercitus vero, quem armatum in Scythas moverat, graviter afflictus est. anno abhinc tertio Scythae ad arma convolant, et ulturi temeritatem Temiris impetum dederunt in regionem quae supra Assyrios colitur. Temires rei acerbitate coactus legatos misit qui peterent pacem. promittebat rex Temires, si pax daretur et in foedus reciperetur, se af-

σιλέα τοῦ Ὀδίεω καὶ πρὸς σύμπασαν τὴν ἀγοράν, ἐπιγαμίαν τε ὑπισχνούμενος, καὶ σπονδάς τε ἐποιήσαντο ἐφ' ᾧ ξένους τε καὶ φίλους εἶναι ἀλλήλοις.

Ὡς δὲ τὰ πρὸς τοὺς Σκύθας καθίστη, ἤλαυνεν ἐπὶ Συρίαν κοίλην. ἐλάσας δὲ ἐπὶ Δαμασκὸν τήν τε πόλιν ἐπολιόρκει, καὶ μηχανὰς προσφέρων τῷ τείχει εἷλέ τε κατὰ κράτος τὴν πόλιν καὶ ἠνδραποδίσατο, πόλιν μεγίστην δὴ τότε οὖσαν καὶ εὐδαιμονεστάτην, καμήλους τε ἐντεῦθεν ἀπήγαγεν ἐς ὀκτακισχιλίους τὰς πάσας. ὄλβον δὴ μέγιστον ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ληισάμενος ἀπήλαυνεν ὀπίσω ἐπ' οἴκου, λείαν τε πολλὴν καὶ εὐδαίμονα ἀγόμενος. ἐπρεσβεύετο μέντοι καὶ πρὸς τὸν τῆς C Μέμφιος βασιλέα, Σουλδάνον οὕτω δὴ ἐξόχως καλούμενον, καὶ ἠξίου κοίλης Συρίας ὑποχωρῆσαί οἱ, ὥστε ἐς σπονδάς τε ἰέναι αὐτῷ καὶ εἰρήνην ἐπὶ τούτῳ ποιεῖσθαι. ὡς δὲ προπέμποντι οὐ προεχώρει, ἤδη παρασκευασάμενος, ἑλών τε καὶ ἀνδραποδισάμενος τὴν Δαμασκὸν πόλιν εὐδαίμονα, ἀπεχώρει δι' αἰτίαν ἥν τινα ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου ἰὼν σημανῶ.

Ὁ δὲ τῆς Μέμφιος βασιλεὺς χώρας τε ἄρχει οὐκ ὀλίγης καὶ εὐδαίμονος· ἀπὸ Ἀράβων ἀρξάμενος Συρίαν τε κοίλην καὶ Παλαιστίνην καὶ σύμπασαν δὴ Αἴγυπτον ὑφ' αὑτῷ ἔχει. βασιλεὺς δὲ καθίσταται τῆς Μέμφιος καὶ τῆς ἀρχῆς τῆσδε τρόπῳ τοιῷδε. ὅσοι τῶν ἀνδραπόδων ἀρετῆς τι μεταποιοῦν-

2. ὧν P

finitatem iuncturum cum rege Odieo et cum universa Scytharum Agora. foedus ergo ictum est, quo iubebantur esse amici hospitesque inter se.

Compositis rebus in hunc modum Scythicis, Coelesyriam subigere aggressus est. adortus est Damascum, eamque urbem obsidione artavit. admovens deinde muro machinas bellicas, captam vi foede diripuit, cum fuisset urbs maxima et felicissima opibus. hinc abduxit octo milia camelorum. raptis opibus plurimis ex ea urbe, praeda multa et diviti oneratus, domum remeavit. legatos quoque dimisit ad Soldanum regem Memphis, cum huiusmodi mandatis, regem Temirem postulare ut sibi tradat Coelesyriam: quod si fecerit, bellum pace se mutaturum. ut ista legatio irrita fuit, armata manu cepit et diripuit Damascum, urbem opibus vigentem. tandem discessit ea de causa quam infra trademus.

Rex Memphiticus regioni imperat amplissimae: ab Arabibus incipiens Coelesyriam, Palaestinam, nec tamen universam, et Aegyptum suo imperio moderatur. ascendit autem ad hoc insigne decus Memphitici regni tali ex causa. quotusquisque de mancipiorum grege in ista regione virtuti adhaeret, a rege in militum ordinem transfertur.

ται ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ, ὑπὸ βασιλέως καθίστανται ἐς τοὺς D στρατιώτας. εἰσὶ δὲ οὗτοι δορυφοροῦντες βασιλέα, ἀμφὶ τοὺς δισμυρίους, Μαμαλούκιδες καλούμενοι. ἀπὸ τούτων δὲ ὅσοι ἐπίσημοι ἐπὶ τὸ κατεργάζεσθαι ὁτιοῦν τῶν ὑπὸ βασιλέως τεταγμένων, οὗτοι ἐς τὰς ἀρχὰς κατὰ βραχὺ καθιστά- V. 59 μενοι ἐπὶ μεῖζον χωροῦσι τύχης ἅμα κἀπὶ βασιλέως, καὶ ἐς τὰ πρῶτα τιμῆς ἀξιούμενοι ἐπὶ τοὺς καλουμένους Μελικαμηράδας καθίστανται, ἀφ' ὧν δὴ τῆς χώρας ἐπ' αὐτὴν ἤδη χωροῦσι τὴν βασιλέως χώραν, καὶ ἐπὶ τὴν τῆς Μέμφιος ἀρχὴν καὶ συμπάσης τῆς τε Αἰγύπτου Ἀραβίας τε καὶ Παλαιστίνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν, ὅσαι ὑπὸ τούτῳ τῷ βασιλεῖ τάττονται. Μελικαμηράδες εἰσὶν ἀρχαὶ ἐς τὰς πόλεις τὰς P. 75 ὑπὸ τήνδε τὴν βασιλείαν ἐπισήμους, ἄρχοντες καθιστάμενοι ὑπὸ βασιλέως. τὴν δὲ πόλιν ταύτην τῆς Μέμφιὸς μεγίστην δὴ πασῶν τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην πόλεων ἔστε τὴν ἄλλην εὐδαιμονίαν καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρώπων. ὅ τε γὰρ περίβολος ταύτης τῆς χώρας ἐς ἑπτακοσίους μάλιστα σταδίους διήκων. εὐνομεῖται δὲ κάλλιστα πασῶν δὴ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν πόλεων. οἰκίας δὲ ἔχειν καλλίστας λέγεται ἐς τὰς πεντήκοντα μυριάδας. ῥεῖ δὲ διὰ μέσης τῆς πόλεως Νεῖλος ποταμός, κράτιστον ὕδωρ παρεχόμενος, ῥέων ἀπὸ Ἀργυροῦ ὄρους. Αἴγυπτον δὲ σύμπασαν ἀρδεύει ἐς τὰ κάλλιστα κατὰ τὰς διώρυχας ὑπὸ τῶν ἑκασταχῇ χωρῶν κατεσκευασμένων, ὥστε τὴν

hi deinde regis satellites habentur, numero bis mille, et Mamalukides nominantur. ex illorum numero quotquot peregrini sunt, ad regis officia perficienda ordinantur. hi paulatim etiam ad magistratus dignitatem ascendentes meliorem tandem assequuntur fortunam, et a rege in maximo honore habiti praeficiuntur iis qui Melicamaridae nuncupantur. ex quorum regione illico perveniunt ad regionem regis et ad Memphiticum regnum et ad imperium Aegypti Asiaeque, necnon ad alios magistratus, qui sub isto rege sunt. Melicamaridae sunt principes viri, qui a rege creati praeficiuntur insignioribus oppidis. urbs Memphis (quae et Alcairum) magnitudine hominumque multitudine totius orbis urbes facile exuperat. urbis eius ambitus amplectitur septingenta stadia. nec novi urbem quae melioribus gubernetur legibus. quinquaginta myriades pulcherrimarum domorum habet. urbem mediam intersecat Nilus fluvius, aquam optimam et saluberrimam ministrans, ex monte Argyro scaturiens. universam Aegypti regionem pulcherrime rigat, fossis, quae singulis locis fiunt, admissus. hinc terra ea ubique commodissime humectari potest. religionem istam tenent Monothelitae et Iacobitae, gentes haud exiguae.

B χώραν ἀρδεύειν ἐπιτηδείως ἔχειν. οἰκοῦσι δὲ ταύτην τὴν χώραν Μονοθελῆται καὶ Ἰακωβῖται, ἔθνη τε οὐκ ὀλίγα, καὶ τῶν ἐς τὴν τοῦ Ἰησοῦ τοῦ θεοῦ θρησκείαν τελούντων τε καὶ φρονούντων ἄλλων ἄλλῃ, οὔτε κατὰ τοὺς Ῥωμαίους οὔτε κατὰ τὰ Ἕλλησι δεδογμένα ἐς τὴν θρησκείαν φρονοῦντες· ἀλλ' ὅσοι μέν εἰσιν Ἀρμένιοι πλεῖστοι ἀνὰ τὴν χώραν ταύτην, Μονοθελῆται δὴ καὶ Ἰακωβῖται καὶ Μανιχαῖοι πάμπολλοι. διήκει δὲ ἡ χώρα τοῦ τῆς Μέμφιος βασιλέως ἀπὸ Λιβύης ἔστε πόλιν Χαλεπίην οὕτω καλουμένην κατὰ τὴν Ἀσίαν· νομίζεται δ' οὗτος ὁ βασιλεὺς ὑπό τε τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐθνῶν καὶ ὑπὸ τῶν τῆς Λιβύης καὶ δὴ καὶ ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ
C ἀρχιερεύς τε τὰ ἐς τὴν θρησκείαν αὐτῶν καὶ τὰ ἐς τοὺς νόμους τοῦ Μεχμέτεω, παμπόλλων αὐτοῦ ταύτῃ διδασκομένων τοὺς τῆς θρησκείας αὐτονόμους, καὶ ὡς ἀπὸ τῶν παλαιοτέρων ἀρχιερεύς τε ἐνομίσθη, καὶ γράμμασι τοῖς τούτων ἀποδείκνυσθαι ἀκριβέστατα δὴ τὸν τοῦ Μεχμέτεω νόμον. τὸν δὲ τάφον Ἰησοῦ κατὰ τὴν Παλαιστίνην κατέχοντες μέγα τε ἀποφέρονται κέρδος, καὶ ἄρχοντες μέγιστοι δὴ τοῦ βασιλέως οἴκου ἐς φυλακὴν τοῦ σήματος καθίστανται. διήκει δὲ Αἴγυπτος ἀπὸ Τύρου τῆς Ἀλεξανδρείας ἔστε Ἰτουραίαν χώραν, ἐπὶ σταδίους μάλιστά πη . . . . ὁ δὲ Νεῖλος ὁ τῆς Αἰγύπτου ποταμὸς ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν πρὸς Βορρᾶν ἄνεμον κατὰ Ἀλεξάνδρειαν τῆς Αἰγύπτου. ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ Παλαι-

1. ἄρδειν R

religionem quidem Iesu filii dei se tenere dicunt: at plurimum ipsi inter sese dissentiunt. nec consensum praestant in religionis negotio vel Graecis vel Romanis. plurimi Armeni in regione ista etiam Monothelitae et Iocobitae, necnon plurimi Manichaei habitant. extenditur autem Memphitici regis regio a Libya usque ad Chalepiam urbem Asiae. plurimae in Asia et Africa Europaque gentes venerantur istum regem ut sacerdotem in iis quae ad religionem et Mechmetis legem spectant. plurimi namque isthic haerent qui operam dant Mechmetis legibus discendis. etiam ab antiquis sacerdos habitus est, ut qui eius gentis litteris Mechmetis leges acutissime explanare posset. sepulcrum Iesu sub potestate istius regis in Palaestina situm est, unde plurimum lucri ei accedit. custodiae huius sepulcri viri de familia regis illustrissimi destinantur. extendit se Aegyptus ab Alexandria et Tyro usque in Ituream regionem stadiis maxime 88. Nilus autem fluvius Aegypti exhauritur in mare versus Boream ventum, iuxta Alexandriam Aegypti. hinc incipit Palaestina, tendens usque ad Coelesyriam. in hac regione Iesu celebratur sepulcrum, si-

στίνη διήκουσα ἔστε ἐπὶ κοίλην Συρίαν. ἐν ταύτῃ δέ ἐστι
τὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ σῆμα, κατὰ τὴν Ἱεροσολύμων πόλιν, ἣ D
δὴ κατέσκαπται. καὶ αὗται μὲν παράλιαι χῶραι· κοίλη δὲ
Συρία διήκει ἐπὶ Ἀραβίαν ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν τῷ
πρὸς ἕω ἰόντι. διαβάντι δὲ τὴν θάλασσαν ψάμμος τε δέχεται αὐτοῦ ταύτῃ διαπορευομένων ἐπὶ τὸ σῆμα τοῦ Μεχμέτεω. αὕτη δὲ ἡ χώρα βασιλέως τῆς Μέμφιος οὖσα, πρὸς δὲ καὶ ἡ Φοινίκη. δύναμις δέ ἐστι τῷ βασιλεῖ τῷδε κατὰ θάλασσαν ἀξιόχρεως, ἔνθα δὴ ἐφίσταται Σάμος· πλοῖά τε καὶ τριήρεις ἐκ ταύτης κατασκευάζει. Κύπρον τε ὑπηγάγετο, καὶ ἐπὶ Ῥόδον καὶ Κύπρον πέμψαι τά τε πλοῖα καὶ στρατὸν σὺν αὐτοῖς. διαπλεύσας δὲ τήν τε πόλιν ἐπολιόρκει,
καὶ τὴν νῆσον ληισάμενος προσέβαλέ τε τῷ τείχει ἐπὶ ἡμέρας P. 76
ἱκανάς· καὶ ὡς οὐδὲν προυχώρει ἡ τῆς πόλεως αἵρεσις, ἀπεχώρησεν ἐπ' οἴκου. τὴν μέντοι Κύπρον ὑπηγάγετο, καὶ τόν τε βασιλέα Κύπρου ἄγοντα ᾤχετο· ἀφ' οὗ δῆτα χρόνου φόρον τε ἀπάγει ἡ Κύπρος τῷδε τῷ βασιλεῖ. δοκεῖ δὲ ἡ νῆσος
αὕτη ὑπὸ τόνδε γενέσθαι τὸν βασιλέα τὸ παλαιόν. Κελτοὶ V. 60
δὲ ὡς ἀφίκοντο ἐπὶ τὸ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ θεοῦ σῆμα, δουλωσάμενοι τήν τε νῆσον ταύτην ὑπηγάγοντο σφίσι, στόλον ἐπαγόμενοι καὶ δύναμιν ἀξιόχρεων. ᾗ καὶ Ἐνετοὶ Ἀμαρίην πόλιν εὐδαίμονα χειρωσάμενοι ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον διακατεῖχον, ὁρμητήριον τῆς πρὸς Αἴγυπτον ἐμπορίας αὐτῶν. καὶ τὸ ἐν-

10. *ἐκ ταύτης κατασκευάζει* om nonnulli libri 17. *ἐπάγει* P

